

Vg
4328



XVII, 562^a

968^a

XVII

XVI



XVII, 562

1793. 1801, 2. 5.



O. XVII, 562^a

(Kat. 28⁶)
(Arc. 3410)


5.

Beck

16
0
16
0

16
0





DE ARTE

CONCIONANDI FORMV

læ ut breues, ita doctæ

& piæ,

IOANNE REUCHLINO Phorcensi,

ANONYMO quodam Rhapsodo,

PHILIPPO MELANCHTHONE,

D. IOANNE HEPINO,

AUTORIBVS.

Eiusdem MELANCHTHONIS di
scendæ Theologiæ rationem,
ad calcem adiecimus.



BASILEAE,

1540.

3410

Conradj Lyosthemis Rubsdj.

XVII, 562^a

VLDARICVS CHARINVS

TVS AD LECTOREM.

Arte, modo, officio uis declamare sacerdos
Prisco: ne fugias quæ docet iste liber.

AD CALVMNIATOREM IOAN.

MVS AERVS.

En noua quæ demens modò dogmata Zoile clamas:
Prisca quòd & sacra sint, Capnia scripta docēt.

ERAS. CORN. LECTORI.

Hæc populum ratio est, hæc est uia certa docendis
Est breuis, at multum commoditatis habet.

Quid non consilio, quid non uenit arte regendum?

Quæso quid hac, Lector, re magis artis eget?

Rhetoricam ualeant isti quicumq; sub artem

Scripturæ sacre uerba uocanda negant.

An non legerunt debere $\Delta\iota\delta\alpha\kappa\tau\iota\kappa\acute{o}\nu$ esse,

Qui domini Christi pascere ouile uelit?

Joannes Christianus
à Böhneburg



5

IOANNIS REVCHLIN PHOR
GENSIS, LL. DOCTORIS LIBER CONGE-
storum de arte prædicandi, ad Reuerendum
patrem dominum PETRUM, Præpositum in
Denckendorff, ordinis sancti Dominici
sepulchri, per Germaniam Vica-
rium & Visitatorem Ge-
neralem, incipit.



V M aut nostra erga superos im-
pietate, aut cœlestiū solito influxu,
Dei ue omnia gubernantis providen-
tia factū sit, ut apud nostrates ubiq;
iam grassante tanta pestilitatis lue,
uix tutò in ipsis quasi petrarū cauernis consisti queat;
tu me pius Pater pro tua singulari beneuolentia, tam
in me quàm in meos, & omnibus nota, & mihi hæcte-
nus à multis annis perspecta, cogitantem quorsum cū
uxore ac familia domo secederē, dedita opera per tuos
familiares ad te in ipsum tuum Monasterium uocasti.
Quæ res digna mihi uideri debet in omne æuum per
petua gratitudine mea, non modò erga te, qui mihi tan-
to adiuumento esse uoluisti, uerum etiam in tuos, & Mo-
nasterij tui fratres ac Dei seruos, qui noctes atq; dies
in Creatoris obsequio famulantur. Quod enim illi uel
officium, uel beneficium in mihi gratificando unquā
intermiserunt? aut quam humanitatem domesticis
d 2 meis

meis ullam negarūt? Quibus, cum in tam molesto ocio
 & bibliothecæ meæ tristi absentia, diu mecum ipse sub
 dubitare, qualis à me gratia referatur, tua sum adhor-
 tatione factus certior, nihil fore quod adolescentibus
 tuis, uel etiam prouectæ ætatis sacerdotibus ad regens
 das parochias, quarum tibi copia est, magis conducere
 possit, quàm si id curarem, ut in arte prædicandi eua-
 derēt quamdoctissimi. Feci igitur quod in tam suspecta
 tempestate, uel præ timore, uel incertore potui, ut una
 lucubratiuncula hæc de arte prædicandi documenta
 congererem, quæ adolescentibus tuis uiua uoce decla-
 mani, ut crescerent tandem in uiros euangelicos, quo-
 rum sermonibus plebs ad meliores mores conuertere-
 tur. Accipe igitur hoc munusculum grato animo,
 quod quanquam paruum extat corpore, tamen
 mea sententia lucebit plurimum uirtuti-

bus. Vale, Kalen. Ianuarias,

Anno M. D. III.

LIBER CONGE

STORVM DE ARTE PRAE

dicandi IOANNIS REUCHLIN

Phorcensis LL. Doctoris.



Ars praedicandi, est facultas hominem alliciendi ad uirtutes & cōtemplationem diuinā, ex sanctarum scripturarū promulgatione.

Predicator, est uir religiosus dicēdi peritus, a ueritate superioris ecclesiastico pulpito praefectus.

Quaecunq; igitur res inciderit hominum saluti necessaria, quæ sit dictione explicanda, eam qui prudenter & compositè & ornatè & memoriter dicet, cū quadam actionis etiam dignitate, is tanto nomine dignus censebitur.

OFFICIUM praedicatoris est, dicere appositè ad persuasionem, cū quadam dignitate.

23

Fl

6 DE ARTE PRAEDICANDI,

FINIS eius est, bene dixisse.

MATERIA, est omnis res que se offert ad faciendū nos quotidie meliores, de qua nouerit bene dicere prædicator.

Artis prædicandi partes sunt tres, inuentio, memoria & pronūciatio: quas natura, præceptis, imitatione, & exercitatione facile consequemur.

Artis prædicandi maxima laus est, celare artem: ne fictus sermo uideatur, et comparatus, artificij significandi, ingenijque uenditandi, & memoriæ ostendendæ causa.

Opus artis, est sermo.

DE INVENTIONE.

Sermo constat Principio, lectione, diuisione, confirmatione, confutatione, conclusione.

PRINCIPIUM conciliat auditorem, cōclusio mouet, cæteræ partes docent, uniuersæ delectant.

SERMO prædicantis circa tres species uersatur: aut enim ad hominē spectat, quantū ad se solū, aut ad homines
inter

inter seipfos, aut ad homines relatione quadā ad diuina. Primū philosophia moralis tropologicē. Secundū, R. P. Christianorū civilis allegoricē. Tertiū absoluet Theologia anagogicē. In earū specierū singulis tres fines sermonum constituunt: aut enim æquitatem nobis proponimus, aut utilitatē, aut honestatē. Æquitas accusat uel defendit hominem. Utilitas hortat uel dehortatur cōmunionem fidelium. Honestas laudat uel uituperat humanū in rebus diuinis exercitium. Quæ tamē omnia mutuis stant auxilijs.

Facturus sermonē, præmeditari debet corā quibus, quid, qualiter, qua audientiū opinione, quoloco, quo tēpore prædicandū sit, ut secundū horū rationes temperandus sit sermo.

Si mores eorū corā quibus prædicandum est cognoueris, facile tibi sumere poteris principiiū: si scias quid dicendū sit, iam ipsa tibi lectio nota erit: si qualiter, utiq; rectius diuides, et sic de ceteris cætera.

2 4 DE

P Rincipium nobis statim animū
auditoris idoneum reddit ad au-
diendum. Id sumitur, ut attētos, ut do-
ciles, ut beneuolos auditores habere
possimus, quamuis ad illud ipsum in
toto etiam sermone debeamus conari.

Principij tres sunt partes. Prima, que
summam causæ complectitur, & Græ-
co nomine consuevit thesis seu thema
uocari, quod latini positum uel propo-
situm nomināt. Officium eius est audi-
tores facere dociles.

Secunda, est supplicatio qua diuinū
impetramus auxilium. Officium eius
est, auditores facere deuotos, & diui-
norum munerum capaces.

Tertia pars, proœmion græcè appel-
latur, id est, præludium, à musicorum
consuetudine tractum, qui ante cantile-
nam inchoandam solent artificiosum
apparatum ostendere. Nam pro, idem
est quod præ, et œme, cātilena, id quod
nos præfationē dicere possumus. Offi-
cium

cium eius est attentione & beneuolentia nobis animos auditorū conciliare.

A T T E N T O S habebimus, si pollice bimur nos de rebus magnis, nouis, inuisitatis, uerba facturos, aut de ijs rebus que ad res christianas, ad salutē anime, ad auersionē diuine iræ, ac Dei omnipotentis placationē, & uotorū nostrorū expletionē pertineant, & si uerbis excitantibus hortabimur ut attentē audiāt.

B E N E V O L E N T I A captatur à nostra, ab auditorum, ab aduersariorū persona, & à re ipsa, cum nostra sine arrogancia, cætera uerò citra adulationē sapienter laudamus: cum inimicorum odium, inuidiam, cōtemptionem mouebimus: cū rem ita proponimus, ut ab eo quod odit, ad id quod diligit, auditoris animus traducatur.

Hæc omnia insinuatō per dissimulationē occultē agit, interiectione uerborū ad mouendā beneuolentiā aptorū.

P R I N C I P I V M ex corde materiæ sumendum est, ut propriè cohæreat cū
a s lectione,

lectione, & ex ipsa causa natum uideatur, nō uulgare, non commune, nō nimium apparatus uerbis compositū, nō nimis longum. Ut autem hęc omnia possint ad unguem caueri, tutius erit compositionem principij usq; ad ultimum reseruari.

DE LECTIONE.

Lectio scripturæ canonicae populo recitari debet, quæ non aliūde quàm de uetere aut nouo testamento promenda est, iuxta præceptum Christi, qui tanquā bonus paterfamiliās, de thesauro suo protulit noua & uetera. Quod dico, inquit, uobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta.

Prophana autē, ut Paulus ait, & uana eloq; & stultæ sine disciplina questiones, & genealogiæ, & contentiones, & pugnae legis, & Iudaicæ fabule, & mandata hominū auersantiū à ueritate, deuitāda sunt, ne secundū Hieronymum sacerdotes Dei omissis euāgelij

lijs

lijs & prophetis uideant̄ comoedias le-
gere, amatoria bucolicorū uersuū uer-
ba cātare, tenere Vergilium, & eius ge-
neris cætera.

L E C T I O euangelij aut epistolæ ca-
nonicæ, siue alia quælibet in ecclesia, et
breuiter, et clarè, et uerisimiliter. Quod
cū ueteris testamenti proponi debet,
in cæteris homilię partibus, tum in hac
maximè obseruandum est.

B R E U I S erit, si ex nullo cursu, nul-
lis ambagib. sed uerbis ad rem ipsam
tantū necessarijs utētes, ita euangeliū,
epistolā, uel prophetiā prædicamus, ut
eius facile meminerit auditor. In quo
cauendū est, ne bis idem, aut id quod
suprà diximus, iterum dicamus.

C L A R A erit, si rei qualitates uerbis
illas propriè explicantibus significent̄,
debita pronunciatione ad hoc accom-
modata, ut auditor facillimè accipiat
atque intelligat.

Verisimilis & credibilis erit, si eius cir-
cūstantiæ, sicut negocij natura & au-
dientium

dientium natura postulat, obseruentur, quātumuis de necessitate salutis sic sacrae scripturae credendum.

DE DIVISIONE.

Diuisio, est rerū de quibus dicturi sumus, breuis enumeratio, ut certas res animo teneat auditor, quibus dictis intelligat sermonē esse perfectū. Diuisio debet esse absoluta, pauca, subdistribuenda, ordinata.

A B S O L V T A, ut nihil in ea desit, aut supersit, nullum nisi necessarium assumendo uerbum.

P A V C A, ut sola sine speciebus genera ita proponat, ut nec species tanquā dissimiles generi permisceat, nec superuacua assumens, aut in minutissima diuidens, plura quā satis est membra faciens, in eandem incidat obscuritatem, contra quā diuisio inuenta est.

Subdistribuenda est à generibus simpliciter expositis ad species, cū id causa postulat, singulariter & commodissime exequendas.

Ordi

Ordinata, ut ita quæq; res dicendo transigatur, uti per diuisionē fuerit exposita, uel ultimò distribuatur, quæ auditor maximè optare uidetur. Diuisio quamuis numero uelut lege non sit alliganda, tamen decet eam plus quàm trium partium numero contineri non oportere. Nam & periculosum est, inquit Cicero, ne quando plus minus' uedicamus. Et suspicionem affert auditoribus meditationis & artificij, quæ res fidem abrogat prædicatori.

DE CONFIRMATIONE.

Confirmatio est propositæ lectionis approbatio, secundū distributorum membrorum expositionem.

Si nostra probari, quàm quæ sunt aduersariorum redargui, facilius possunt, à confirmatione incipiamus. Sin aliena melius faciliusq; refelli, à refutatione, omnia illi conferentes, initiū faciamus.

Aduersarij sunt, dæmones, uitia, homines peruersi, & quicquid non est
ami

amicum Deo, testante Christo Matth. 12. capite: Qui non est mecum, contra me est.

Eadē sunt, quibus causam nostrā & cōfirmamus & cōfutamus: quia cōtrariorum (ut inquit Aristoteles in 6. topi-
corum libro) est eadem disciplina.

Nā in cōfirmando nostra probare uolumus, in cōfutando redarguere cōtraria, ut M. T. Cic. ait in lib. partitionū.

In omni materia, uel ethica, uel politica, uel theologica, causarū tria possunt genera occurrere, Demonstratiuum, deliberatiuum, & iudiciale.

Demonstratiuum est, quod tribuit in alicuius laudē aut uituperationem.

Deliberatiuum est, quod habet in se suasionem & dissuasionem.

Iudiciale est, quod positum in contro-
uersia, habet accusationem aut petiti-
onem cum defensione.

Quāuis autem praedicatoris sermo non in medio cōcionis habetur, in qua ueritatem cōsultatio quæritur, nec apud
tribus

tribunal, ubi & actoris, & rei, & iudicis persona requiritur: tamen ab unius persona prædicatoris, omnia hæc genera ueniunt agenda, perinde atque si ipse actor, et populus reus, et conscientia iudex: aut rursus, unus ipse prædicator suppleat omnium suffragiorum uota.

Tota spes uincendi, ratioque persuadendi posita est in confirmatione et confutatione.

Cum omnis sermo ecclesiasticus aut de aliqua re substantiua fiat, aut de aliquo negotio, sicut si esset in iudicio super persona & super facto, de quibus autem questio est ea dubitationi fidem facere nequeant: Idcirco ea que sunt personis ac negotiis attributa, confirmationi locos præstabunt.

ATTRIBUTA dicuntur circumstantie, quia substantiam circumuenientes, efficiunt questiones. Nisi enim sit qui fecerit, causasque cur fecerit, locus, tempusque quo fecerit, modus etiam & facultas si desint, causa non stabit.

Quæ

Quædã sunt attributa personæ, quæ
facile poteris memoria tenere his uersi-

Nomen, natura, cum fortuna, studioq; (bus:
Personæ uictus, habitus, affectio, casus.

Quædam uerò negocij attributa sunt,
quæ patent hoc metro:

Quidnã, cur, quibus auxilijs, ubi, quomodo, quãdo.

Ea uocauit Cicero, quis & quid.

L O C V S, est sedes argumenti.

A R G V M E N T V M, est probabile
inuentum ad faciendam fidem: uel sic
iuxta Tullium in Topicis: Argumen-
tum est ratio rei dubiæ faciens fidem.

L O C O R V M quidam ducuntur ex
ijs quæ inhærent in ipsa re de qua agi-
tur: alij extrinsecus assumuntur, ab ijs
quæ remota uocant.

In ipso sunt, ex toto, ex partibus eius,
ex nota, ex ijs rebus quæ quodammo-
do affectæ sunt ad id de quo queritur.

T O T V M apud Ciceronem est dif-
finitio, apud Themistium substantia.
Partes sunt generis species, & specie-
rum membra,

No.

Nota, est nominis interpretatio.
Et ex ijs autem rebus quæ quodammo-
do affectæ sunt ad id, de quo queritur,
alia coniugata appellantur, alia ex ge-
nere, alia ex forma, alia ex similitudi-
ne, alia ex differentia, alia ex contrario,
alia ex coniunctis, alia ex antecedenti-
bus, alia ex consequentibus, alia ex re-
pugnãtibus, alia ex causis, alia ex effe-
ctis, alia ex comparatione aut maiorũ,
aut parium, aut minorum. Hæc in li-
bris partitionum & topicorũ M. T.
Cicero latius explicat.

Diffinitio est oratio quæ indicat quid
res sit, ut furtum est cõtrectatio rei alie-
næ inuito domino. Quisquis ergo ab-
iuravit proprium, utendo rebus eccle-
siæ uel monasterij sine consensu præ-
lati, facit furtum. Locus hic erit diffini-
tio, in qua sedet maxima. Cui diffini-
tio cõuenit, ei & diffinitum. Ea fit hoc
modo: Cum sumpseris ea quæ sunt rei
quam diffinire uoles cum alijs cõmu-
nia, ut usq; eò persequaris, dũ ita pro-
b priũ

prium efficiatur, ut nullā in aliam rem transferri possit, id uocāt dialectici ex genere & differentia rei propria, complexionem.

Diuisio formas cōplectitur sub genere positas, ut quia neq; prudēs es, neq; iustus es, neq; fortis, neq; tēperatus, idcirco ne uirtuosus quidem es.

Partitio rem quæ proponit quasi in mēbra discerpit, ut quia neq; fundū, neq; tectū, neq; parietes habet, idcirco domus non est. Horū locorū sedes est. Vbi partes desunt, ibi totū non esse.

Ex interpretatione nominis quā Greci Etymologiā nomināt, & Latini Notationē, eò quòd Aristoteles symbolon illud uocet, id est, notā, sic argumētābimur, ex alicuius scilicet uerbi uī ac potestate. Vt si regulares esse dicunt, regulā ab ecclesia approbatā solēniter uouerūt: iam utiq; is desinit talis esse, qui cōcubinarius aut fornicator est. Item illud eiusmodi est: Episcopi nomē amittit, qui peccantes subditos nō corrigit.

Lo-

Locus ab etymologia. Propositio maxima. Cui interpretatio non congruit, neque nomen conueniet.

CONIUGATA sunt, quæ orta ab uno uerbo uariè mutantur, ut sapiens, sapienter, sapientia. Inde illud Sapientia 6. Potentes potèter tormèta patiètur. Et illud Matthæi 21. Malos malè perdet. Et si risus est gaudium, ridere est gaudere. Maxima. Coniugatorum eandem esse naturam.

GENVS est quod de pluribus specie differentibus in eo quod quid sit, prædicatur. Non autem erit necesse id usque à capite accersire. Sæpe etiam citra licet, dummodo supra sit quod sumit, magis quæ id ad quod sumitur. Ab hoc argumentum ducit hoc modo. 1. Cor. 6. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt. Nolite errare: neque fornicarij, neque adulteri, neque ebriosi regnum Dei possidebunt. Maxima. Quod generi non conuenit, id omnibus sub eo genere constitutis denegari.

b 2 For-

FORMA uel species est, quæ de pluribus solo numero differentibus dicitur, in eo quod quid sit. Ab hac sic ducitur argumentum, ut in epistola canonica Iacobi, capite 5. Helias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit ut non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit, & coelum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Orate igitur pro inuicem, ut saluemini. Multum enim ualet deprecatio iusti assidua. Locus à specie. Maxima. Quod singulis congruit, id etiam speciei. Est autem hæc argumentatio, quæ absque inductione reperitur non urgens, sed persuadens sicut cæteri oratorij loci. Potest & à specie regressio fieri ad genus, ut apud Paulum ad Galatas 5. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est uniuersæ legis faciendæ. Maxima. In speciebus spectari generum proprietatem.

SIMILITUDO, est eadem rerum
diffe.

differentium qualitas. Ab hac ita argumentabimur. Iacobi 5. Ecce agricola expectat preciosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinū: patientes igitur estote & uos, & confirmate corda uestra, quoniam aduentus domini adpropinquabit. Maxima propositio. De similibus idem esse iudicium.

D I F F E R E N T I A sunt, quorum rationes non sunt eadem. Ab his talis est argumentatio. Ioannis 15. cap. Iam nō dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: uos autē dixi amicos, quia omnia quaecunq; audiui à patre meo, nota feci uobis. Maxima propositio. Differentium rerum, diuersum esse iudicium.

C O N T R A R I A inueniuntur quatuor modis. Aut enim aduersa sunt, ut album, nigrum: aut priuatiua, ut iustitia, iniustitia: aut relatiua, ut dominus, seruus: aut negatiua, ut uidere, non uidere. A talibus hoc modo sumit̃ argu-

b 3 mentū,

mentū, ex Paulo ad Galatas 5. capitulo: Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: hec enim sibi inuicem aduersantur. Manifesta autē sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, &c. Fructus autē spiritus est charitas, modestia, continentia, castitas, &c.

Locus à contrarijs. Maxima propositio, Contraria sibi cōuenire nō posse.

CONIUNCTA sunt, quæ finitimum locū obtinent. Hic locus ad coniecturam pertinet, cūm quæritur quid aut sit, aut euenerit, aut futurū sit, aut quid omnino fieri possit, hoc est, quid ante rem, quid cum re, quid post rem euenerit. Ante rem quærentur, quæ talia sunt: Apparatus, colloquia, locus, constitutum conuiuium. Cum re autem, pedum strepitus, crepitus hominum, corporum umbræ, & si quid est huiusmodi. At post rem pallor, rubor, titubatio, pavor, & si qua alia signa conturbationis & conscientia, ut
gl-

gladius cruentus, ignis extinctus, cæte
 raq; quæ suspicionē facti possunt mo-
 uere. Exēpla de signis ante rem. Ester
 7. cap. En lignū quod parauerat Mar-
 dochæo. De cōiunctis cum re, 1. Reg.
 19. Nisusq; est Saul cōfigere David lan-
 cea in pariete. Et declinauit David à fa-
 cie Saulis. Lancea autem casso uulnere
 perlata est in parietem. De coniunctis
 post rem, 3. Reg. 3. Dixit autem mu-
 lier cuius filius erat uiuus ad regē (com-
 mota sunt quippe uiscera eius super fi-
 lio suo) Obsecro domine, date illi in-
 fantem uiuū, & nō occidatur. Ecōtra-
 rio illa dicebat: Nec mihi, nec tibi, sed
 diuidatur. Maxima propositio, Ex ad-
 iunctis adiuncta perpendi.

Antecedentia & consequentia diffe-
 runt à superiori loco. Nam coniuncta
 non semper eueniunt, consequentia
 autem semper. Ea enim dicuntur con-
 sequentia, quæ rem necessariò conse-
 quuntur. Item & antecedentia & re-
 pugnantia. Quicquid enim antecedit

b 4 quanq;

quanc̄ rem, id cohæret rei necessariò. Et quicquid repugnat, id eiusmodi est ut cohærere nunc̄ possit. De primo, Gen. 38. Fornicata est Thamar nurus tua, et uidet̄ uterus illius intumescere. Antecedēs enim est grauidā esse. Consequens autem, cōcubuisse. Nec enim quæritur hîc, quid prius tempore sit, quid ue posterius. Maxima propositio. Posito antecedente, comitari quod subsequitur: & perempto consequente, perimi quod antecedit.

Repugnantia autē sunt contrariorū consequentia, ut uigilare, dormire contraria sunt, & stertere dormiētibus adiunctum est. Stertere igitur ac uigilare repugnantia sunt. Ab his ita fit argumentum: Tu ne illū uigilare dicas qui stertit? Eiuscemodi est frequens in prouerbijs Salomonis, ut Prouerb. 12. Fatuus statim indicat iram suam: qui autem dissimulat iniuriā, callidus est. Maxima propositio. Repugnantia sibi cōuenire non posse.

Caus

C A V S A efficiens est, quæ quamlibet rem præcedens efficit, non tempore, sed proprietate naturæ, ut sol diem. Vnde sic ducitur argumentum, Iosue 10. cap. Stetit itaq; sol in medio cœli, & non festinauit occumbere spacio unius diei: igitur nō fuit antè & postea tam longa dies. Maxima propositio. Vbi causa est, inde effectū deesse nō posse.

E F F E C T V M est, quod efficit causa. Ab hoc transsumit argumentum. Matth. 7. A fructibus eorū cognoscetis eos. Nūquid colligūt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Item, Non potest arbor mala bonos fructus facere, neq; arbor bona malos fructus facere.

Argumentum siue locus ab effectis. Maxima propositio. Vbi effectū est, causam abesse non posse.

C O M P A R A T I O maioris est, quotiens id quod minus est, maiori cōparatur. Ab hoc loco sic argumentabimur. Ioannis 15. Nō est seruus maior domino suo: si me persecuti sunt, & uos per-

b s sequen

sequentur: si sermonem meum serua-
uerunt, & uestrum seruabunt. Argu-
mentum à comparatione maioris. Ma-
xima propositio. Quod in re maiore
ualet, ualeat in minore. Item, si maius
adest, etiam id quod minus.

MINORIS comparatio est, quoti-
ens maior res conferunt minori. Ex eo ca-
pitur argumentum hoc modo: Ad He-
braeos 9. Si enim sanguis hircorum &
taurorum, & cinis uitulæ aspersus, in-
quinatos sanctificat ad emundationem
carnis, quanto magis sanguis Christi,
qui per spiritum sanctum semetipsum ob-
tulit immaculatum Deo, emundauit con-
scientiam nostram ab operibus mortis
ad seruiendum Deo uiuenti. Locus à
minore. Maxima propositio. Quod in
re minore ualet, ualeat in maiore. Item
si minus abest, & maius abesse uideat.

PARIA dicuntur, quæ eiusdem cō-
ditionis sunt. Ab eo loco ita fit argu-
mentum, prima ad Corinth. 9. Nunquid
non habemus potestatem sororem mu-
lier.

lierculam circumducendi, sicut et ceteri apostoli & fratres domini, & Cephas: aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi: Locus à cōparatione parium. Maxima, Rerū parium idem esse iudicium.

Nunc dicendum est de ijs quę extrinsecus assumuntur, et uocantur testimonia, quo nomine omnia comprehenduntur, quę ab aliqua re externa sumuntur ad faciendam fidem, ut sunt oracula, autoritates, cōfessata, uulgi opinionones, sectæ, pacta, sententiæ, iudicia, cōsuetudo, usus, leges.

O R A C V L A sunt, à quodā diuino numine prodita uaticinia, ut Numeri 24. Veniēt in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, uastabūtq; Hebreos, et ad extremum etiam ipsi peribunt.

A V T O R I T A S, est probabile dictū sapientis, uel alicuius famati uiri, atq; præstantis in arte sua, ut est illud Pauli ad Tit. 1. Dixit quidā ex illis proprius ipsorū propheta: Cretēses semper mendaces;

daces: testimonium hoc uerum est.

C O N F E S S A T A sunt, quæ ab aliquo extorquentur ueritatis indagandæ causa, quale est illud Matthæi 8. Et ecce clamauerunt dæmoniâci, dicentes: Quid nobis et tibi Iesu fili Dei: uenisti huc ante tempus torquere nos?

V V L G I opinio, est certa fama, quæ omnibus uidetur: unde illud Marci 11. Timemus populum, omnes enim habebant Ioannem, quia uerè propheta esset.

S E C T A, est certæ disciplinæ alteri aduersæ imitatio, unde illud Actuum 23. Viri fratres, Ego Phariseus sum, filius Phariseorum: de spe & resurrectione mortuorū ego iudicor. Et cū hæc dixisset Paulus, facta est dissensio inter Phariseos & Saducæos.

P A C T A, sunt conuentiones aliquarum partium in idem tendentium, ut Lucae 22. Et pacti sunt pecuniã illi dare, et spopōdit., Ducitur ergo argumentum ex hoc loco .Ioānis 6, Dicebat autē
de

de Iuda Simonis Iscariothis, hic enim erat traditurus eum.

IUDICIUM, est futurorum æqua cogitatio. Prouerbiorū 12. Cogitationes iustorum iudicia. Inde sumitur argumentum hoc modo: Matth. 16. Facto uespere, dicitis serenum erit, rubicundum est enim cœlum: et mane, Hodie tempestas, rutilat enim triste cœlū.

SENTENTIA, est iudicis uoluntas uerbo aut scriptis promulgata. Ad hoc cōuenit quod scribit Deuteronomij 17. Et facies quodcūq; dixerint qui præfunt loco, sequeris sententiā eorū.

CONSVETUDO, est diuturnitas morum consensu populi approbata, unde sic ducimus argumentum: Gen. 29. Non est in loco nostro consuetudinis, ut minores antè tradamus ad nuptias. Imple igitur hebdomadam dierū huius copulæ, et hanc quoq; dabo tibi, scilicet ipsam Rachel tibi Iacob.

VSVS, est contrectatio rei. Ab hoc loco sic ducitur argumentū: Ad Rom. pri.

primo: Immutauerunt naturalē usum
in eum usum qui est contra naturam.

L E X, est sanctio praecipiens iusta,
& prohibens aduersa. Vnde est argu-
menti maxima propositio, ad Rom.
2. Quicumq; in lege peccauerunt, per
legem iudicabuntur.

DE ARGUMENTATIONE.

R Epertis igitur locis qui sint cau-
sa adiuuēto, nosse oportet quē-
admodum argumentationes ornatē et
absolutē tractare possimus, sic & ipsi
meminisse poterimus quid quoquo lo-
co dixerimus, & auditor argumētatio-
num distributionē facile retinebit.

Perfecta itaq; argumētatio in quinque
partes distribuitur, Propositionem, ra-
tionem, rationis cōfirmationem, exor-
nationem, complexionem.

P R O P O N I T V R summam quid
probari uolumus.

R A T I O breuis ostendit uerum esse
quod intendimus.

C O N F I R M A T V R ea ratio breui-
ter

ter pluribus argumentis.

EXORNATUR confirmatio, rei honestandæ & locupletandæ causa.

COMPLECTIMUR finaliter quâ breuissimè partes argumentationis.

Exemplum ex epistola Pauli ad Hebræos sumamus. Sic proponit Paulus capitulo 6. Quòd Iesus præcursor pro nobis introiuit interiora uelaminis, secundū ordinem Melchisedec pontifex factus in æternum.

RATIONEM propositionis ostēdit ex conditionibus ipsius Melchisedec, & eius similitudine.

CONFIRMAT rationē ex obuiatione, ex benedictione, ex decimatione, ex nominis interpretatione, ex genealogia, ex infinitate. Item à contrario sic, quòd non secundum Aaron, quòd ex alia tribu, quòd ex iureiurando, quòd in æternum.

EXORNATIONES horū omniū patent per totum capitulum septimū.

CONCLVDIT in cap. 8, finaliter cōple.

plectendo sic: Talē igit̄ habemus pōti-
ficem qui cōsedit in dextera throni ma-
gnitudinis in cœlis, &c. quæ sequūtur.

Hęc argumentationis exercitatio ad
plurima nobis est utilis, nō tantūm ad
præsentes homilias ac sermones, uerū
etiā ad cōficiendas epistolas et cōsilia in
senatu dāda, & ad quælibet alia eloqa.

DE CONFUTATIONE.

Confutatio, est obiectorum satis-
factio, per quam aduersariorum
cōfirmatio aut diluitur, aut alleuiatur.
Diluitur modis dialecticorum ab Ari-
stotele traditis. Alleuiatur aggressione
cuiusq; grauissimi, ut cetera auditor ua-
na credat. Intermissione breuitatis cau-
sa, si tempus darē, planē satisfacturi.

PROMISSIONE solutionis, si an-
tea pauca dixerimus, quorum multitu-
dine auditorem obruimus, in tantum
obtundendo, ut promissæ solutionis
immemor fiat.

ATTENUATIONE, ostenden-
tes amplificando fuisse possibile quod
aduer

aduersarij dixerūt impossibile, aut alia mente factum, aut punitum, aut poenitentia emendatum.

ADMONITIONE, qua aduersarium, si in argumento eo perseueraret, in pericula casurum minabimur.

QVAESTIONE, duorū uel plurium, ex quibus malè alterū sit electurus aduersarius, uel cui respondere nō possit.

RETORSIONE argumentorū in aduersarios.

ILLUSIONE, quando argumenta in risum resoluimus.

CONTEMPTIONE illorū, tanquam humilia, extra propositum, doctis indigna praetereuntes.

SUSPICIONE postremū. Nam quæ probare non possumus, figuratis suspicionibus aspergenda sunt.

DE CONCLUSIONE.

Conclusio, est sermonis terminus, auditoris memoriam reficiens, & animum eius commouens,

c quæ

quæ alio nomine dicitur Peroratio.

Singulæ sermonis partes suos epilogos & breuissimas conclusiones recipiunt, præter diuisionem.

CONCLUSIO, quæ pars est totius homiliæ, siue sermonis ecclesiastici, constat enumeratione & amplificatione.

ENUMERATIO est, per quam ordine colligimus & commonemus, quibus de rebus uerba fecerimus, breuiter, ut renouetur, nõ redintegretur.

Curandum est, ne aut à principio, aut à lectione repetatur sermonis enumeratio. Quapropter secundum diuisionem sumendum est enumerationis initium.

AMPLIFICATIONIS tota uis est, & mouere animos tepentes, & sedare commotos.

MOTVS, est incitatio animi aut ad uoluptatem, aut ad modestiam, aut ad metum, aut ad cupiditatem.

Ad uoluptatem mouentur homines, aut charitate, ut Dei, angelorum, sancto-

Etorum, ecclesiæ: aut amore, ut fratrum, coniugum, liberorum, familiarium, prelatorum, & officiorum in ecclesia: aut honestate, ut uirtutum, maximè earum, quæ ad communionem hominum, & liberalitatem, ac mandatorum alleuianem, & conscientiarum serenationem ualent: aut decore, transferendo sensibilia ad intellectum, deinde ad mentem, demum ad uitam angelicam.

Ex his & cohortationes sumuntur ad ea retinenda, & in eos à quibus ea uiolata sunt, odia incitantur, & miseratione nascitur.

DE LOCIS COMMUNIBVS.

Loci communes ad illud plurimum sunt utiles, quibus aut incitandus, aut omni ratione, ad tempus, ad locum, ad causam, sermone moderandus est auditor. Vbi sæpe beneuolentia ad odium, odium ad beneuolentiam deducendum est. Qui tum ad seueritatē, tum ad remissionē animi, tū

C 2 ad

ad tristitiam, tum ad lætitiã est con-
torquendus.

L O C I cõmunes, quibus mouetur
odiũ & indignatio: & ecõtrario, amor
& uoluptas, sumuntur

A B autoritate, cùm exponimus
quantæ curæ ea res fuerit Deo & ange-
lis, patriarchis & prophetis, alijsq; san-
ctis, aut maioribus nostris, regibus, ci-
uitatibus, nationibus, hominibus sa-
pientissimis, senatui ac legibus.

A R E L A T I O N E ad quos illæ res per-
tineant, utrũ ad superiores nobis, an
ad pares, an ad inferiores.

A F A cilitate imitandi uel uitandi
mala.

A D I S similitudine huius negocij
ad alia.

A C O N silio, quòd res sit deliberatè
ac dedita opera facta recẽfendo causas.

A B E Xaggerando facinore, siue sit
tetrum, crudele, nepharium, tyranni-
cum: seu contrà, sit præclarum, mite, hu-
manum, nobile ac regium.

A non

A NON uulgari, quoniam singulare sit factum.

A COMPARATIONE facinorū, quòd alterum sit altero melius aut peius, recensendo, ubi, quomodo, quando.

A cōsequētia rei, ubi exponemus acriter & diligenter, ut agi res & geri negocium uideatur: rerum cōsequētiū, & periculorum atq; incommodorum, siue bonorum, quæ inde consequantur, enumeratione.

DEMONSTRATIONE rem ipsam oculis subijcere possumus, ut si contra Iudæos ostendamus cruentum sudarium, & spineam coronam Christi, & clauos & crucem, & e contrario, fersa, palmam, miracula, honorem.

CONVERSIONE atrocitatis in nos ipsos, uel nobis coniunctos, si simili fortunæ subijceremur.

COMMISERATIO, est auditoris misericordiam captans sermo, quæ his locis mouetur:

VI PORTUNÆ, si ostēderimus stabili-

c 3 bili-

bilitatem atq; commutationem fortunæ perpeſſæ uel patiendæ etiam à quibus minimè decuit, auditori exemplo futuram.

Tolerantia magni, excelsi, et fortis animi, & patientis incommodorum.

DE PLORATIONE singulorū incommodorum breuiſſima.

CONVERTENTIA ſimilis caſus ad eos qui audiunt, uel eorū charos amicos.

HUMANITATIS erga cæteros communicatione.

Commendatione iunctis precibus, obſecrationibus, adiurationibus.

Utilitate, qua omnia referunt ad R. P. commoda, & gloriam atq; exemplū auditoris, poſteritatisq; memoriam.

Confessione, quaſi deficientis præ dolore, ut cū dico, Sed finis ſit, neq; enim iam loqui poſſum. Quæ ſimiles etiam actiones habere debet lachrymarum effuſione, manuum comploſione, brachiorum tranſuerſione. Quod maximè in paſſione domini, & compaſſione

passione beatæ Mariæ uirginis, & cæ-
terorum sermonum funebrium actu
conuenit.

DE MEMORIA.

N Vnc uerò secūdam artis partē
ita tractabimus, ut relicta natu-
rali memoria, de artificiali tantū in præ-
sentia dicamus.

Constat igitur artificialis memoria
ex locis & imaginibus, sicut tabulę scri-
ptura ex cera & literis.

L O C O R U M quædā cōstituit natu-
ra, quædā ingenio excogitant, quædā
ex his composita conficiuntur.

L O C A sint mediocri luce, medio-
cri distantia, & in parte quieta, quantū
fieri potest, sita, ut et re & nomine pos-
sint imaginum rationi correspondere.
Sicut autē nimia dilatatio, ita nimia cō-
pressio nocet. Cauendum igitur ne ni-
miū dilatata, fusa, ac uaga, incerta, an-
ceps, & ignara mens, fluctuet: quod
ne contingat, oportebit loca, quę sum-
pseris, egregiē notare, ut perpetuò

C 4 no.

nobis hærere possint. Nam imagines, sicut literæ, delentur ubi nihil utimur. Loca uerò sicut cera remanebunt.

Plures loci debent esse, ut plures imagines collocare possimus.

Quintilianus & Cicero quintum quæque locum notandum commemorant. Quod nobis aulas aut cubilia intrantibus facile fiet.

Locos ordine locatos à sinistra ego consueui recensere ad dexteram.

N V N C ad imaginum rationem transeamus. Quoniã igitur rerum similes imagines esse oportet, ex omnibus uerbis natas nobis similitudines eligere debemus.

SIMILITVDINES autem sunt duplices, una rerum, altera uerborum. Rerum similitudines exprimuntur, cum consummatim ipsorum negotiorum imagines comparamus. Verborum similitudines constituuntur, cum uniuscuiusque nominis & uocabuli memoria imagine notatur.

Rei

Rei totius memoriam sæpe una nota et imagine simplici cōprehendimus. Cū autem uerborum similitudines imaginibus exprimere uolemus, plus negocij suscipimus, & magis ingenium nostrum exercebimus.

Facilior est rerum imaginatio, uerborum autē difficilior. Oportebit igitur in hac secunda memoriam naturalem crebrò exuscitare, ut uocabulis positis, ipsi nobiscū primò transeamus bis aut ter eundem uersum seu uocabulorum ordinem, deinde cum imaginibus uerba exprimamus: hoc modo nature supeditabitur doctrina.

I M A G I N U M quædam facile sunt debiles, quædā longius manent: parua enim res usitata & quotidianæ facilius memoria elabuntur. At uerò egregiæ, incredibiles, ridiculæ, insignes & nouæ, diutius manent.

Sin autem similitudines multum cognitæ nobis & aliquid agentes cū insigni quadam nota, uel pulchritudinis,

c s uel

uel turpitudinis, aut certè ridiculi cuiusdam. Ad eas cōstituendas plurimū nos iuuare solent quæ sequuntur.

E F F I C T I O corporum, ut cūm senem facimus tremulum, incuruum, labijs demissis, canum.

N O T A T I O affectuum, ut uoracem lupum, timidos lepores, sic læta iuuentus, tristis senectus, prodiga adolescentia, auaræ mulieres, liberales uiri, pallida fames.

E T Y M O L O G I A, ut Philippus amator equorū, Iacobus supplantator.

O N O M A T O P O E I A, id est, cognitio uerbi à sono uocis, ut taratātara, hinnitus equi, mugitus bouum, bombitus apum, grus gruit, &c.

R E R V M effectus, unde cuilibet mensi officia sua assignamus, cuilibet diei suum planetam uel hebdomadæ exercitium.

Arma, instrumenta, officia, suos indicāt autores, ut mola, subucula, rastri.

O P P O S I T V M sæpe suum cōtrarium

rium significat, ut testudo pro uelocitate, secundum Ironiam.

A C C I D E N S etiam suum subiectum connotat, ut nigredo Aethiopem, fuscedo Italum, albedo belgas. Vnde uersus:

*Causa uel oppositum simul, instrumenta, uel actus,
Consimilis facient te meminisse rei.*

Memoriã aut potissimum duo saluãt, positio sub ordine, & frequẽs meditatio.

Ad extremum plures huic arti literas reales adiungunt, quæ multum ualent imaginibus ad pensã, seu tanquam notã inustã. Quæ omnia debet assiduitas exercitationis diligenter experiri.

DE PRONUNCIATIONE.

DE duabus sermonis partibus supra dictum est. Nunc proficisci ad instituta eius, quæ reliqua & postrema est, pergemus.

Pronunciatio, est gestus & uocis moderatio.

G E S T V S sit recto corporis statu, æquis pedibus, facie oculisque secundum
natu

naturam rectis: non facie humiliter de-
iecta, nec arroganter supina, nec in la-
tus rusticè inclinata, nec coniuenti-
bus compressis uel oculis.

VULTU quammodestissimo, nō
uerecundo, non timido, non mœsto,
nec etiam arroganti uel audaci.

MANUS sint nec immobiles, nec
ut leuium histrionū nimis ac indecore
gesticulātes, sed rem grauitate quadā
ostendent, & quod uultus aduersat,
ipse repellant. Cauendum ne gestu ad
latera uerso, alterius lateris auditores
uocē parum concipiant.

Vitiosi gestus sunt, suspicere, & ta-
cendo intueri laquearia, perfricare fa-
ciem, crebro digitorū labiorumq; mo-
tu commentari, supercilia corrugare,
manus intueri, infringere articulos, si-
mulare sollicitudinem, & cætera id ge-
nus deformia.

Vox sit modesta, sedata, & auditori
tamē sufficiens ac exaudibilis. Vbi præ-
dicant, loci quantitas, auditorū mul-
tudo

titudo atq; distantia. Omnis autem nimietas uitanda est, ut uoculatio non nimis expressa sit, cantare enim & modulari uitiolissimum est: nec sic depressa, ut etiam à proximè astantibus, uix aut minimè audiatur. Quo uitio in sermonis principio quidam & eorū quā plurimī stultè laborant, putātes ad unguem obseruare illud Ciceronis in tertio ad Herennium, qui ait: Quammaximè sedata & depressa uoce principia dicemus. Qui enim uocem iubet deprimere, is nec taciturnitatem laudat, nec mussitare præcipit, sed dicere ut facile audiatur, licet sedato sono.

DISTINCTA sit, singulis literis suo sono pronuntiatis, non lingua balbutienti, nec nimium accelerata, nō naso resonante, tussi, sputo, emūctione, labiorum motu, quasi faucibus aliquid obstiterit confuso murmure, aut quasi memoria fefellerit silentio deformata.

Virilis sit pronuntiatio, à pectore resonās, non pinguis, subfurda, exilis, effo

46 DE ARTE PRAEDICANDI,
effoeminata.

Dulcis sit, nō acerba & agrestis, nō acutis exclamationibus uiolenta.

Præuisa sit, ut dum præsens sententia pronunciat, proxima oculo aucte mente prouideatur.

Exordium æquabili uoce. Narratio punctuata, & rerum ac personarum proprietates representate recitanda est.

Confirmatio & refutatio, ad auctiorem sono, cum quadam honesta uarietate. Si autem iocosus quispiam incidat sermo, eum cum parua prudentiæ risus significatione ostendemus.

Conclusio, uirili uultu, uoce tonanti, commutationibus crebris, & debita celeritate proferatur.

Commiserationem uerò, uoce humili, & sono inclinato, crebris interuallis, luctuoso plangore, moesto & conturbato uultu proferamus.

Extrema in oratione, uno spiritu continenter multa dicamus ut auditoris animum quæ uehementissimè moueamus.

Hæc

Hæc omnia duo nobis copiosissime
subministrabunt & optimorum imita
tio, & exercitatio indefessa.

Finit liber Cögestorū IOANNIS REV
CHLIN Phorcensis LL. Doctoris, tempo
re pestilitatis æditus in Denckendorff,
Prid. Idus Septembris, Anno

M. D. II.



RATIO BREVIS SA

CRARVM CONCIONVM
tractandarum, à quodam docto & pio
Rhapsodo, Philippi Melächthonis
familiari, congesta.



Nomina ar-
tis expositio.

VIA hæc nostra præ
 sens disputatio, tum
 Dialectices, tum eti-
 am Rhetorices uerū
 usum indicabit, o-
 mnisq; ex illarum ar-
 tium, quibus dicendi ratio à prudenti-
 bus uiris tradita est, præceptis profici-
 scitur, sunt nobis principio illarum ar-
 tium generaliora uocabula, quibus sæ-
 pius nobis utendum erit, explicanda:
 ne imperitus lector in re perinde diffi-
 cili

cili statim in ipso uestibulo impingat. Quemadmodum enim ad ciuitatem aliquam iter facturo multum proderit, si earum, per quas iter faciendū est, uillarum & pagorum teneat nomina: sic infeliciter in his artibus uersabitur, qui quæ ipsarum sint nomina, ignorabit. Et quemadmodum, priusquam faber domum ædificare discat, instrumentorum tum nomina, tum usum inquirat: sic principiò diligenter uidendū, quid in his artibus exordium, quid propositionem docti homines adpellarint.

Dixerunt exordium (ut inde auspice mur) ingressum quendam ad rem de qua dicturus sis, cum ceu uia ad eā rem quam tractaturi sumus, sternitur. Vt si in euāgelio de nuptiis in Cana, sic præfationem instituas: Videtis quā uariè Satan, ne in hunc ordinem nos conijciamus, impediatur. Vtitur primò specie iustitiæ & sanctitatis, quòd monachi et sacerdotes, qui suam sanctitatem omnibus probatam uolunt, ceu pestē
d ma

Exordium.

Exordij ex-
plum.

matrimonium abominentur. Nostrā
carnem quoq; & sensum sic malignus
spiritus exagitat, ut malint homines cū
magna ualetudinis, & rei domesticæ,
& famæ iactura, incertam libidinem,
quā coniugiū sequi. Cū ergo com
mendatiorem nobis eum ordinē hoc
Christi exemplo euangelista esse uolue
rit, diligenter obseruanda historia hæc
est, ut nos contra tam uarias Satanæ te
chnas, carnisq; nostre libidinem defen
dere, sanctumq; matrimonium sequi
possimus. Huiusmodi præfationes,
quibus paramus nobis aditū ad rem,
Exordia Rhetores dixerunt. Quibus
in sacris concionibus utuntur, ea ferē
semper attentionis loco absoluuntur:
docilitatem & beneuolentiam, qui re
liqui exordiorum loci sunt, ferē negli
gunt. Dicitur autem is attentionis lo
cus, cū nos de magnis, necessarijs, no
tis, aut ignotis, item de utilibus dictu
ros pollicemur, &c. His enim fit, ut at
tentius nos audiant homines.

Nar

NARRATIONEM uocant, cū simpliciter res aliqua, ut uel gesta, uel gerēda est, exponitur. Vt si narres hoc euangelion simpliciter, sicut ab euangelista descriptum est. Narratio

PROPOSITIONEM, dixerunt eam sententiam, quæ potissimū tractatur, & ad quam confirmandam adhibentur rationes. Qui ante hoc tempus docuerunt, hac ferè sunt usi ratione, priusquam euangelium recitarent: generalem aliquam sententiam proposuerunt, quā bono nomine thema appellabant. Eam sententiam deinde per totum sermonem tractabant, quæ propriè propositio est. Et uix commodius uertas Græcum nomen Thema, quàm Propositionem. Propositio erit in eo, quo supra usi sumus exemplo, amplectendum esse matrimoniū christianis. Propositio

Iam statim mens circumspicit huius sententiæ rationes. Quare est sequendum matrimonium? Docent autem sacre literæ, ideo sequendum esse, quia Argumenta

d i crea

creauerit Deus masculinum & foeminā,
 propter creationem Dei, & necessita-
 tem. Atq; hæc potissima est ratio, quòd
 sic conditi à Deo simus. Rationes igitur,
 quæ sic ad probandum adhiben-
 tur, argumenta dicuntur. Totum autē
 locum, confirmationem uocarunt.

Confirmatio.

Sunt autem aliæ quoq; rationes, quæ
 quanquam remotiores sunt, nō tamen
 parum ad persuadendum faciunt. Di-
 gnitas scilicet huius ordinis, quòd à
 Deo sit institutus. Iā si hoc addas, mo-
 nachos suos ordines, propter eos qui
 primi autores fuerunt, sanctè coluis-
 se, & fecisse maximos. Matrimonium
 autem non Franciscum, non Domi-
 nicum, sed ipsum Deum habuisse au-
 torem. Præstare igitur longè omnibus
 ordinibus. Hinc ornamenta et amplifi-
 cationes adpellantur. Huc adhibendæ
 sunt sententiæ è sacris literis, quæ ad di-
 gnitatem matrimonij faciunt.

Ornamenta.
 Amplificatio-
 nes.

Iam si illorum qui matrimonium im-
 probant, refellas sententiā & rationes,
 eam

eam partem confutationem dixerunt. Hoc autem obseruandū est, singulos locos, tum exordium, tum cōfirmationem, tum ipsa argumenta, &c. singulas habere propositiones. Nomine em̄ propositionis dupliciter utūtur. Aliās propositionem uocant eam sententiā, ad quam omnia argumenta referuntur, quęq; per totum sermonem tractatur & exponitur. Aliās generaliter omnem sententiam propositionem uocant, cui rationes subiūciuntur. Habent autem suas rationes exordia, habent suas rationes singula argumēta: ea igitur sententia, ad quam illæ referuntur, propositio uocatur, quòd scilicet quę admodum quæ propriè propositio dicitur, per totum orationis tractatur corpus, ita hæc suum peruagatur locum, & sicut illa in tota oratione, sic hæc in sua parte dominetur.

Confutatio.

Propositio late sumpta.

EPILOGVM dixerunt, cū iam ad finem festinat oratio, et aut breuiter repetuntur totius argumenti quod tra-

Epilogus.

d 3 cta.

clasti capita, aut excitantur animi hominum, uel uehementiore, uel mitiore aliqua oratione. Simpliciter, Epilogus est conclusio habitæ orationis. Quemadmodum autem singulæ orationis partes, suas habent propositiones, sic etiam suos epilogos habent. Is autem qui uniuersam orationem claudit, peroratio proprio nomine adpellatur.

Peroratio

Exposuimus hæcenus nomina, quibus paulò post sæpius in exemplis sumus usuri. Iam ipsam rem tractandarum sacrarum concionum, quantum patiuntur nostri ingenij uires, aperiemus. Libet autem principio sic omnes conciones distinguere, quòd aut simplex nomen aliquod explicent, ut si de iustitia, de religione, de fide, de operibus charitatis, doceas: Aut integram aliquam orationem, quam Dialectici compositam quæstionem adpellant. Vt si doceas, iustitia est ex fide. Iustitia non est ex operibus. Religio est donum Dei summum, non paratur nostris uiribus. Sacramenta sunt

Duplicia
Themata.

Simplicia.

Composita.

Sunt ad confirmandam fidem, non tantum sunt ceu notæ, quibus distinguantur Christiani à non Christianis.

Sunt autem composita themata duplicia, quædã enim simpliciter docent, qualia illa sunt quæ suprâ proposui. Quædam uel adhortantur uel dehortantur, ut si dicas, Literas esse discendas, esse amplectendum matrimoniũ, charitatis opera non esse intermittenda, &c. Tractantur autem huiusmodi conciones longè alia ratione, quàm illa quæ docent tantum, sicut uidebimus.

Iam singulorum exempla proponemus, ut habeas quod in simili tractatione possis imitari. Quãquam autem omnia è Dialecticorum præceptis petita sint, & possit exercitatus aliquis illis contentus esse, quia tamen nulla istinc exempla ad hũc usum proposita sunt, spero fore, ut aliquid ex hac tamen nostra traditione fructus capias. At primò quidem de simplicibus thematis agemus.

DE GEN-
RIBVS
CONCIO-
NUM, DI-
DACTICO
ET DELI-
BERATI-
VO.

Cum igitur una aliqua uox explicanda est, primò omnium de Definitione erit cōstituendū. Deinde quærendæ causæ, post partes, ultimò officia, seu usus. Quemadmodum autē speculum bene politum, certissimè reddit formam: ita non potest certius uideri quid res sit, nisi eam definitione circūscripseris. Si quis tibi magnificè prædicaret ingentem aliquem thesaurum, tu autem neq; quid aurum, neq; quid argentum esset, nosset, uana nimirum, quantumuis magnifica, esset prædicatio. Ita is demū rectissimè docebit, qui primò quid res sit, deinde usum rei explicarit.

Definitio.

Si igitur institutus esset sermo de fide, primò omnium quærenda erit definitio, quid sit fides. Nisi enim definitionem præmiseris, quæ ceu uiam reliquæ disputationi sternat, nihil intelligent auditores. Non possunt autem hîc tradi certa definitionum præcepta. Nam
aut

aut ea ex Dialectica petenda sunt, aut si qui rudiores sunt, integras definitiones ex Philippilocis, item ex Coloss. petent, ubi certas & absolutas omnium Christianæ religionis capitū descriptiones inuenient. Fides igitur est affectus, qui certò assentiť promissionibus Dei, & comminationibus.

Fides quid sit

Iactum iam est aliqua ex parte fundamentum. Pergamus iam, & causas quoq; uideamus, nam hoc secundo loco est agendum. Porrò cū causas quærimus, ferè quærimus unde res aliqua ducat principium, aut sicut Dialectici dicunt, quam habeat causam efficientem: ut si quæram de causa caloris, dicā uel solem, uel ignē esse. Materiā enim propriè accidentia non habent: & causa finalis sub postrema quæstione, ubi de officio quæritur, tractatur. Formā quoq; in accidentibus non curamus, quòd ipsa accidentia sint formæ. Fidei iam causa est spiritus sanctus, qui primò mentes cognitione peccati, & iudi-

2
Causæ.

Materia.

Finis.
Forma.

d s cio

cio Dei terret: postea affectum in nobis creat, ut credamus: & quòd uera sint quæ promittit Deus, & quòd ea ad nos pertineant. Postulat Dauid à Deo mundum cor, ergo clarè patet nostras uires fidem efficere non posse.

Sic tum definitiones, tum causæ petendæ ex sacris literis sunt. Solæ enim illæ docent, quid fides, quid religio sit, habētq; exempla fidei. Omnes omnium gentium libri nihil hac de re tradunt: & quòd nostra ratio, si in sacris uersetur rebus, in tenebris (quod aiunt) saltat, neq; quicquam harum rerum intelligit. Qui igitur sacrarum literarum diligens lector fuerit, tum ex collatione multarum sententiarum, tum exemplis sanctorum facile & quid fides sit, & quæ eius causæ, perspiciet.

In talibus disputationibus improprie materiae nomine utuntur, cum dicunt materiam non ex qua aliquid fit, sed circa quam rem uersetur, item in quo hæreat subiecto. Sic medicinae
mate

materiam dicunt morbos, quòd scilicet circa morbos medicina uersetur, eosq̄ curet, non quòd sicut ex lapidibus domus, ita ex morbis medicina constet. Videbimus aut̄ & nos materiã quoq̄ fidei, quæ ex definitione colligitur. Cũ enim statuimus fidẽ esse assentiri promissionibus & comminationibus diuinis, sequit̄ fidem uersari circa illas duas res, esseq̄ externum hoc uerbum materiam fidei, in qua se sic exercent, ut in curandis morbis medicus. Subiectum autem, uel in quo hæreat fides, est animus seu mens, non manus aut oculi, &c. Videmus autem hĩc quàm lōgẽ fides distet ab operibus, cùm hæc in intimo corde sit reposita, illa in extremis corporis partibus hæreant, manibus, pedibus, lingua, &c.

Vbi causas tractaueris, uidendum ³Partes quoq̄ est, quas ea res habeat partes, unã ne sit, an plura cõtineat. Est aut̄ tã necessaria hæc pars, quàm definitio: neq̄ em̄ fieri potest, ut rectẽ is doceat, qui

Religio quid

qui non diuidit commodè. Nam si de religione (quam cōstat esse cultū Dei) instituta esset disputatio, neq; eam in suas partes, fidem scilicet & timorem, diuideres, sed alterum omitteres: mala nimirum ea esset tractatio. Debet autē hic tertius locus eò quoque nobis esse commendatior, quòd ex eo petant̄ plerunq; definitiones. Rectè enim is definiat religionem, qui dicit esse cultum Dei, qui sit in timore & fiducia in Deū positus. Et intelligi potest quid sit corpus humanum, si dicas esse quod constat ex capite, collo, pectore, uentre, manibus, & pedibus, &c. Verum non omnia nomina sic diuiduntur, pleraq; enim unam tantum & simplicem rem significant, quæ nullas partes seu species habet. Sic fidei nomē simplex est, neq; in plura diuiditur, sed simpliciter uerbis dei assentiri significat. Nā quòd fidem in ueram & falsam diuidunt, nō puto necesse: neq; enim est fides quæ sit falsa. Nam quòd monachi & iustitiarij
in

in sua opera confidunt, ea nō est fides: natura enim fidei in uerbo hæret, non in operibus, sicut est in definitiōe. Possunt tamen ista quoq; adhiberi amplificandi et docendi gratia. Si enim longius in una re commorēris, altius infigitur ea animis hominum. Et hoc faciēdum est ijs qui docent, ut subinde inculcent animis illos abusus qui in ecclesia fuerunt: adfert enim ea res lucem orationi, & facit quoq; commendatiorem ueram doctrinam. Verūm ea de re infra in exemplo copiosius agemus.

Postremus locus simplicium thematicum tractandorum, hic est, uidere officium seu usum rei, uocarunt Dialectici effectum. Item finalem causam, *Wo zū ein ding nüt vnd gut sei.* Aediū usus hic est, defendere nos ab iniquitate aēris, item ut & nos & nostra in illis tutò esse possimus. Sic fidei quoq; aliquis erit usus, neq; enim res aliqua est, cuius non sit certus usus & finis: uerū & hæc pars non aliunde quàm ex sacris

4

Officium.

cris literis est petenda. Cū enim ratio fidem prorsus ignorat, de usu quoque ipsius nihil certi statuere potest. Verū fidei officium sic descripsit Abacuc 2. Iustus ex fide uiuet. Item arbitramur hominem iustificari ex fide in Christū &c. Hoc enim proprium fidei officium est, purificare cor, ut Petrus dicit in act. nosque iustos facere ea iustitia, quam Deus probat: atque hic primus fructus est, quem & alius sequitur, ut habeamus uitam æternam, ut possimus consistere Deo iudicante, ut Satanæ possimus insidias præuidere, superare, & contemnere.

Possunt ad hunc locum annumerari etiam charitatis opera, quæ tam certè fidem sequuntur, quam lux solem. Atque hinc uides ad quos promissiones omnes pertineant, nempe ad eos tantum qui credunt. Quæquam enim externa opera æternæ uitæ promissiones habeant, non tamen eæ sunt accipiendæ, nisi de his quæ ex fide proficiscuntur: sola enim

fides

fides promissionem uitæ habet, ciuilis operum iustitia promissiones temporales tantum habet, sicut scriptum est: Qui fecerit hæc, uiuet in eis, &c. Hoc quidem modo simplices quæstiones omnes explicandæ illi erunt, qui certi aliquid ita docere uult, ut intelligi ab auditoribus possit.

Cæsa autem iam est materia, e qua domum extruemus, ligna, lapides, omnia denique pro rei usu sunt comporata: nihil deest amplius, quam ut tum poliantur, tum aptè compingantur. Neque enim si hæc ita communiter pro concione dicas, intelligent auditores, & ceu rudis, & nondum elaborata materia, asperiora erunt hæc, quam quæ animis hominum adherescere possint: instrumentis iam opus erit, quibus materies poliatur. Adferendum ad hæc est iam dicendi genus popularius ac copiosius, et quemadmodum impulsa uela uentis, nauem sine negotio ferunt, sic ad hæc commodè proponenda tale

ora.

Ornamenta,
Amplificatio-
nes.

orationis genus requirit, quo ceu uento aliquo inspiratae res, sine negotio ullo in auditorum animos ferantur. Sunt tenues illae rerum ceu notae aptis similitudinibus exornandae, contrariis sententiis augendae, distinguendae exemplorum copia, neque illorum quicquam quae ad orationem augendam ornandamque uidentur conferre, praetermittendum est diligenti doctori.

Scriptores
gentiles.

Parabitur autem talis dicendi facultas, sic, si ad magnum dicendi usum diligentem Ethnicorum scriptorum adhibueris lectionem. Quemadmodum enim fieri impossibile est, uel mediocriter pingere ex solis praecipis, si non habeas magistrum, qui manum in ducendis lineis primo dirigat, deinde nisi exempla proposita sequaris: sic cum nulla alia eloquentiae exempla, nullos alios magistros, quam ut ueteres illos habemus, nisi ad illorum exemplum nos comparauerimus, eandemque quam ipsi in dicendo secuti fuerimus rationem, nil pro-

promouebimus. Quia autem longè felicius is qui in docendi officio est, pròptum dicendi continuum usum, dispositionem orationis alicuius in Vergilio, aut alio scriptore intelliget, quam qui sine illo dicendi usu, eam quantumuis diligenter legit: ne utiquam cōmittere debent, qui publicè sacras res docent, ut non aliquādo ad illos solos eloquentiæ magistros recurrant, cū hoc etiam confirmare auserim, cū ad docendum uocati sint, debere illos ex officio hæc studia sequi, quæ rationem bene & rectè dicendi tradunt. Verùm quoniam rudioribus rationem quandam tractandarum sacrarum concionum tradere ingressi sumus: iam integram subiiciemus declamationem, seu concionem de fide. Sic enim fiet, ut melius superior ratio intelligatur, & poterit quoque usui esse in alijs exemplis tractandis: nam rationem amplificandi, de qua supra nihil traditum est, iam in ipsa quoque tractatione addemus.

e. Exem-

Exordium**Exordij exē-
plum.**

Rarius utimur in hoc genere de-
clamationum exordijs. Sic enim
simpliciter proponi solet, predicare no-
bis hoc euangelium fidem. Nos igitur
fidē iam tractabimus, atq; hæc est pro-
positio, scilicet ea sententiā, quæ per to-
tum sermonem unica tractatur, seu cū
quid dicturi simus, proponimus. Ve-
rūm ne quid hīc desideretur, ceu in iu-
sta declamatione, addemus quoq; cor-
pori caput: sic enim poteris præfari: Re-
citaui historiam: uidetis autem nihil in
his duobus, tū in leproso, tum in Cen-
turione, quā fidem prædicari. Meri-
tò igitur & nos, quid & qualis fides sit,
tractauerimus. Neq; autem uanū hoc
Christi præconium putabitis: nam cū
& Dei sit filius, & præceptum diuini-
tus habeamus, hunc audite. Non osci-
tanter accipienda est hæc prædicatio,
sed summo studio ac diligētia estiman-
da

da ac ponderanda, Facit nobis sæpe fi-
dem eruditi & ampli alicuius uiri præ-
dicatio, & nonnunquam fit, ut quæ an-
tea contempsimus, mutata sententia
admirari, ac laudibus uehere incipia-
mus, postquam cõmendatio pruden-
tis hominis accesserit: quantò æquius
est mirari nos ea quæ à Christo prædi-
cantur? Quia autem minus hæc fidei
prædicatio animos nostros commo-
uet, uidemus nimirum quàm altè no-
bis doctrina operum sit infixæ. Si enim
hoc aut illud opus, quod oculis cerni,
aut manibus tangi poterat, commen-
dasset, citius ea ferirēt nostros animos.
Iam cum fidem prædicet, quæ in corde
sepulta, sensus nostros effugit, nemo
admiratur, nemo complectitur, cum ta-
men ideo Christus eam prædicarit, ut
excitaret animos nostros, & ab ista ope-
rum specie reuocatos, in illum nos por-
tum duceret, in quo tuti ab omnibus
tum mundi, tum Satanae impulsibus,
tutò consistere possemus. Ut igitur &

Amplificatio
a minori.

e a nos

Sic videndum
est, ut exordio
ceu uia sterna
tur ad ingredi
endam dispu-
tationem, ne
caput a corpo-
re dissentiat.

Primus locus
quid sit assen-
sus.

nos incipiamus admirari ista, et certius
quid fides sit discamus, exponam quā
potero planissime, quod et qualis illa sit:
quod uel hoc nomine cautius ac dili-
gentius est faciendum, quod prioribus
seculis ab impijs doctoribus prædicata
sint opera, ut uix e mentibus hominū
opinio ista reuelli possit, operibus nō
tribuendam iustitiam. Et nostros ani-
mos etiamnum inuitos ad se rapiunt
opera, adeo difficile est certo statuere
solā fidem iustificare. Spero autem ex il-
la tractatiōe omnia fore clara et aperta.

At primò quidem longè falluntur il-
li qui putant fidem esse opinionē quā-
dam temerè conceptam, aut quoniam
citra uerbum Dei non sibi confinxit.
Vt enim ipsa inter se nomina longissi-
mè diffita sunt, sic quoque longè diuersis-
simæ res sunt opinio & fides. Est enim
fides certus quidā assensus cordis, quo
assentimur tum Dei promissionibus,
tum etiam cōminationibus. Quam igi-
tur certi oculi sunt, si sani sint, de colore
quem

quem uident, tam certò sentit cor Deū
adesse, Deum curare nos ac guberna-
re, nobis bene uelle, remittere peccata,
atq; ignoscere: reuera autem odisse pec-
catum, neq; impunitam fore impieta-
tem. Quia autem tam promissiones q̄
comminationes credendę sunt, erigū-
tur promissionibus, cū sentimus irā
ac iudicium Dei, cū Satan nos tētat,
cū nostra nos cōscientia arguit & ac-
cusat. Et contrā non tentati commina-
tionibus cohibemur, ne dissoluti ocio-
siquē uiuamus, ne uel gloria uel ambi-
tione præcipitemur: sic utrinq; retine-
mur in uerbo per fidē, ne uel despera-
tione uel præsumptione uincamur.

Diligenter autē notandum est, quòd
omnia hæc tam certò statuat & credat
animus, quàm ad motum ignem senti-
mus calefacere & adurere. Neq; est fi-
des existimanda ea, quę non totum pe-
ctus occupauit & radices iam egit, ut
quemadmodum antiqua quercus ad-
uersus uentorum impetus consistit in-



Sententiæ quæ
sunt ceu testi-
monia, ex pe-
tuntur ex sa-
cris literis,

concussa: ita fides tentata, nihil de mise-
ricordia Dei dubitet. Atque hunc certum
assensum explicauit Christus Matthæi
7. de domo extructa super petram. Et
autor epistolæ ad Hebr. sic definit, Fi-
dem esse elenchum rerum non apparen-
tium. Tam enim certo adesse in tribu-
latione auxilium diuinum sentit fides,
quam certo nostra concludit ratio, Bis
duo esse quatuor. Elenchum enim uo-
cat certam demonstrationem, qua con-
uictus animus assentiri cogitur: sicut
cogitur animus consentire denarium
numerum maiorem esse quaternario.
Non autem longius nobis exemplum
est petendum. Videmus in hoc Centu-
rione quam sit firmus & certus assen-
sus fides: sic Esaias, sic Ezechias, contra
quam uiderent oculi, quam audirent
aures, quam mens colligeret, in ipsa de-
speratione auxilium diuinum, ceu lon-
ge uenientem imbrem uidet, qui restin-
guat Assyrii ardorem & libidinem. Pos-
sumus autem nos quoque fidei nostræ
peri

periculum facere, tum cum aduersa aliqua fortuna iactamur: neque enim fieri potest, ut qui adspirat ad Christum, non suos patiat, sicut ille ait, manes. Quod si succumbimus tentati uel hac uel illa calamitate, uidemus quam longe ab illo firmo assensu absimus. Precabimur igitur Deum cum discipulis, Domine adauge nobis fidem.

Sed obijciat aliquis, Est quoque fides in iustitiam, certo enim sic illi sentiunt, Deo placere ipsorum opera: quia autem certo sic credunt, igitur placet ea opera reuera Deo, sic enim scriptum est: Sicut credis, ita fiat tibi. Respondeo, Nostra opera non sunt fundamentum, quo innitatur fides, sed uerbum Dei. Non igitur fides illa dicenda est, sed opinio. Neque enim fixa est in firmo et certo fundamento. Nostra opera, opera carnis, & peritura sunt. Verbum autem Dei perpetuum est, neque fallere nos potest. Videas etiam hoc nostro tempore sub Papa multos, qui sanctissimam agant

e 4

uitam,

Commodius
hic tractari po-
tuit materialis
causa.
Materia circa
quam uersatur
fides, non
sunt opera,
sed uerbum
Dei: uersatur
enim circa
uerbum Dei.

uitam, neque malignus animus est: faciunt omnia ea mente, quod putent se Deo gratificaturos. Non autem ille animus, seu, ut uocant, intentio bona, eos excusabit: nam illa ipsa bona intentio arena est, & quicquid superstruit, corruet, neque consistere poterit. Verbum autem, unicū Christum proponit nobis propitiatorem. In eum igitur fides dirigit, & in illo promissiones omnes inueniuntur, quæ tum ad spiritualem, tum corporalem uitam pertinent. Fidē igitur formant non opera nostra, non noster animus, sed uerbum illud quod legitur, quod auditur. Illud enim solū uolūtatem Dei nobis explicat, sicut dicit Ioannes: Qui in sinu patris est, is enarrauit nobis. Et nobis, non quod ratio, non quod noster nobis animus suaserit, non quod mundus magnificat et prædicat, sequenda sunt, sed unicū hoc uerbum: omnia enim alia fallunt, & sunt incerta, hoc uerbum fallere non potest.

Est

Est autem magna quaestio, num sit *Causa fidei*
in homine liberum arbitrium, quo se
comparet ad gratiam. Verum nos sic
sentiemus, fidem non nostris uiribus
parari, sed esse summum & maximum
spiritus sancti opus & donum, neque
posse ita omnibus Dei uerbis assentiri
cor, nisi diuina ui excitetur. Sic Dauid
orat, Crea in me Deus cor mundum:
spiritus sancti hoc opus est, nostra cor-
da infidelitate & impietate oppressa,
euoluere, sicq; parare, ut certo assentiri
uerbis Dei possint.

Videmus igitur quam longè errent
isti, qui se ad gratiam parare uolunt, cū
hoc totū spiritus sancti sit opus. Quē-
admodum igitur nunq; nisi artificis
manus accedat, è cæsa materia domus
fit: sic quoq; nisi cor prius à spiritu san-
cto, ceu rudis materia solet, formetur
et innouetur, non potest credere Deo.
Et ne quis se hîc fallat, ratio illa natura-
lia dona quæ habet, nō potest exuere,
oculi uident, aures audiūt, animus co-

e s gi

Possunt hic
plura adhibe
ri exempla,
ut in morte ui
ta speranda
& credenda
est, in pecca
to retinenda
iustitia.

gitat, affectus impellunt, & si quæ sunt
aliæ actiones in corpore humano, illæ
eximi non omnes possunt. Iam fides hoc
agit, ut contra quàm oculi uident, con
tra quàm aures audiunt, contra quàm
ratio colligit, aliquid statuatur. In exēplo
hoc erit clarius. Videt Ezechias ingen
tem Assyriæ exercitū iam ferè ipsis por
tis insistere, audit blasphemias ab im
pio Rapsace, legit literas: ipse suam in
firmitatem, & quòd neutiquam tantis co
pijs par esse possit, colligit. Cōtra tamē
illa omnia sic sentit, Nemo est qui te
oppugnat, hoc quod uides, nō est exer
citus armatorum, sed sunt culmi agro
rum, conuitia ista Rapsacis sunt fabu
læ ementitæ de ijs quæ in alio cogitan
tur mundo. Et sanè si hæc sine uerbo
statueret Ezechias, insanus meritò ui
deri queat. Et apparet mundum nihil
aliud iudicare fidem, quàm insaniam
& furorem ex uino conceptum. Habet
autem Ezechias uerbum, illi innititur
contra omnem rationem & sensum,
adeò

adeò prorsus immutatur & nouat cor.
Neq; est quòd putemus nostris uiri-
bus fidem effici, cum ea omnes nostras
uires & excellentissima in homine do-
na uincat ac mutet. Spiritus sanctus
primò cognitione peccati terret ani-
mos, pòst cum desperatione luctanti-
bus uerbum aliquod offert, quod ita
animis imprimit, ut ceu in lapides im-
pressæ notæ, euelli denuò non possit.
Illud uerbum sic est in corde efficax, ut
Satan, peccatum, mortem, & quicquid
malorũ est, uincat. Id quod paulò pòst
commodiore loco tractabimus.

Tenetis iã aliqua ex parte quid sit fi-
des, q; scilicet sit firmus et certus assen-
sus quo cor credit Deo tũ promittenti, tũ
cõminanti, quẽ spiritus sanctus donat et
largit; neq; ergo ex nostris operib. spe-
rãda iustitia est. Et si q; sunt q; in operib.
iustitiã ponũt, illi nõ minus q; lucifer di-
uinitatem affectat: hoc em̃ tribuũt suis
operibus, quod spiritus sancti opus &
donũ est. Atq; huc faciunt gratiarum
actio;

Tales sunt in
epistolis Pau-
li, & in psal-
mis.

actiones sanctorum. Nam cum Deo
iustitiam acceptam referunt, testantur
eam non suis operibus, sed ex mera gra-
tia Dei se consecutos: neque enim pro me-
rito gratias agimus, & qui se ab alio ac-
cepisse fatetur, nullas proprias iactat
opes. Diximus autem immutari pror-
sus, & quasi refingi sensus omnes post
conceptam animo fidem, uerum illud
opera non possunt.

Altera pars
materie in
quo subiecto
tractat, fides
scilicet in ani-
mo, opera au-
tem in mani-
bus, pedibus,
&c. ergo.

Sed est aliqua quoque nota, qua certo
distinguit fides ab operibus, quae qua-
quam superius non nihil a nobis ostē-
sa sit, commodius tamen hic repetitur.
Nam qui operibus iustitiam tribuunt,
aut sentiunt quod opera sequatur fides,
illi hoc non uident, quod fides tantum
in animo haereat, opera autem in corpo-
ris actionibus externis. Neque enim ire,
palpare, uidere, dare, accipere, confir-
mare, negare, fidei, sed corporis actio-
nes sunt. Fides autem in animo consi-
stit, & moderat actiones corporis pro-
libitu: sic sequuntur opera fidem, & non
econ-

econtra. Id quod Christus quoque testa-
tur, Non quod intrat in os, &c. Ani-
mus, inquit, si sit malus, malas quoque
parit actiones, & impellit ad peccan-
dum. Quemadmodum enim ueneni-
uis, quæ in oculis Basilisci est, corrup-
pit & necat ea ad quæ fuerit delata: sic
prauus animus suo obtutu, siue ma-
nus siue pedes fuerint, inficit, ita ut nō
possint non peccare. Econtra autē cor
per fidem purgatum & mūdificatum,
sic regit & gubernat actiones huma-
nas omnes, ne quid delinquant. Quan-
tūm igitur anima à corpore, tantūm fi-
des ab operibus distat: & quantō ma-
ior est dignitas animi quàm corporis,
tantō minus cum fide conferenda sunt
opera.

Porro quemadmodum diuersæ cau-
sæ sunt operū & fidei (opera enim ani-
mus, fidem spiritus sanctus parit) &
quemadmodum in diuersis subiectis,
ut sic dicam, hærent: sic quoque effectus
longè diuersissimi sunt. Fides igitur
hoc

Quartus lo-
cus effectus
seu officia fi-
dei, quid fides
præstet nobis
Est autem hic
locus copio-
sissime tractan-
dus, propte-
rea quod ex

effectibus di-
gnitatem &
magnitudinē
fidei colliga-
mus.

Wenn mā
weiß wo
zu eindig
gūt ist/so
helt man
es dester
werder.

Amplificatio
per enumera-
tionem rhero-
gicam.

hoc efficit, ut nos iustificet, sicut in Ro-
manis est: Arbitramur hominem iusti-
ficari ex fide. Itē Abac. Iustus ex fide ui-
uet. Itē, Quicūq; in me crediderit, non
gustabit mortē in æternū. Itē, Qui cre-
diderit & baptisatus fuerit, saluus erit.
In fide proposita nobis est perpetua ui-
ta. Quāta autē hęc sit, uerbis dici nō po-
test. Sed tamē si cū æterna morte ac pœ-
na incredulitatis eā cōferas, uidebis ali-
quanto propius, quid sit. Hic uerborū
adhibenda est maior copia, item colla-
tio æternæ uitæ cum hac corporali ui-
ta, item uoluptatum ac bonorum cor-
poralium cum futuris ac spiritualibus,
etc. In his elocutio potissimū dominat̃.
Opponūt autē se uitæ, mors, peccatū,
et satā. Satā nos ad peccandū allicit, pec-
catū nos dānat, mors totos abripit. Cō-
sistit autē cōtra hęc fides, quę uerbo cre-
dit, promittit fore ut uiuamus in sem-
piternum.

Hic si enumeres tentationum uaria
genera, quibus fidē oppugnat Satan,
item

item quibus ad peccandum irriter, uides quantum se dicendi aperiat pelagus. Fides oppugnatur desperatione & peccatis. Peccata quibus tentamur, etiam uaria sunt. Eum qui in officio uerbi est, sollicitat ambitio & gloria, senes auaritia, iuuenes libido stimulat. Iam alij paupertate, alij morbis, alij fame, alij alio tentationis genere uexamur: in his omnibus uincit fides, nulla alia re, q̄quod uerbo per spiritū sanctū cōfirmata, firmiter innitit & hærescit.

Tertius fructus fidei est oratio, in quā ceu in copię cornu, omnes diuitiæ sunt cōclusæ: fides em̄ sola orat, oratio aut̄ impetrat. Quicquid petieritis in nomine meo, dicit Christus, certò accipietis, Ioan. 14. & 16. In nomine Christi orare, est credere promissionibus, quæ propter Christum à Deo patre nobis sunt factæ.

Quod igitur tantum malum esse possit, quod opprimere possit credentem; non fames, non tribulatio, non
an.

Amplificatio

angustia, nō nuditas. Quemadmodū igitur uim à se armis miles depellit, sic fides oratione, mala omnia uincit: hac pugnant Christiani. Quia autem promissa uictoria uerbo Dei est, longè certius uincunt, quàm mundus. Huc exempla ex sacris literis afferenda, sicut in Hebræis: Vicerunt fide patres regna. Nobile est, qualis est uictoria Ezechia, Esa, 38. & similes: Gedeonis, Sampsonis, &c. Hic quoq; immensus campus se aperit, quo expacieris.

Quartus fidei fructus sunt omnis generis bona opera: ea sunt rhetorica enumeratione recensenda. Sunt autē huc quoq; adducendæ promissiones, quæ sunt de operibus, qualis illa, Remitte nobis debita nostra, sicut, &c. Item, Quicquid feceritis minimo ex meis. Item uos ægrotos non uisitastis. &c. Non dedistis panem esurienti. Sic etiam operibus factæ promissiones, in fidem recidunt: hæc omnia fides in credentibus gignit. Opera autem iustitiorum

riorum tantum abest ut idem efficiant, ut etiam ferè diuersa pariant. Nam cum sint opera sine fide peccata, mortem pro uita sortiuntur.

Secundo, conscientiam magis inquietam reddunt: neque enim certò statuere animus potest, si uerbum Dei in tentatione non habeat, hoc uel illud opus Deo placet. Tertio, inflant opera, & faciunt magis superbos: non ergo orant pro remissione peccatorum. Quarto, iustitiariorum opera non sunt charitatis officia, sed consistunt in quibusdam externis ritibus & moribus: sic nihil simile est. Aestimare iam quisquam potest, quam sint perniciosi eiusmodi doctores, qui à fide, quæ sola promissiones in Christo consequitur, ad opera & ad nostra merita animos auertunt.

Sola enim fides iustos facit: eam autem non nostra opera, non nostræ uires, sed spiritus sanctus in animis efficit. Et nititur fides non ratione nostra, sed uerbo: uerbum autem unicū Christū

fals

Peroratio in
qua præcipua
capita repe-
tuntur.

saluatorem nobis proponit: in illo, sicut uidemus, absconditos habent fideles omnes diuinitatis thesauros, æternam uitam, præsidium contra omnia mala, certam uictoriam in omnibus periculis, & quicquid tandem ubique est boni. Nos, quorum adhuc infirmior fides est, oremus ut Deus aliquando nostri misertus, in animos nostros suum spiritum infundat, ut & tam opulentis promissionibus credere, & dignè Deo ambulare possimus. Amen.

Tractaui iam per suos locos, simplicius fortè & rudiùs, quæstionem simplicem: in illa autem posteriore parte longior esse nolui, sed satis duxi ceu digito indicare locum, è quo eruere tum rerum, tum uerborum ingentem copiam possis. Iam breuiter unum aut alterum exemplum eiusdem generis subiiciam, post ad cõposita Themata accedemus.

DE THEMATE COMPOSITO.

Feci supra duo genera thematum compositorum: alia enim docent, alia

alia uersantur in locis suasorijs, cū adhortamur aut dehortamur, commendamus aut uituperamus aliquid. Neq̄ enim necessarium fore duxi, quamuis peculiaris & ab alijs diuersa tractatio sit, eiusdem generis exemplum proponere, ubi simpliciter tractatur scriptū: cū enim nihil eo genere uulgarius sit, nihil quoq̄ facilius est. Dico autem id, cū tractatur textus eo ordine simpliciter, quo scriptus est de uerbo ad uerbum. Quia autem etiā in ea tractatione nonnunquam uel simplex aliquod thema, uel locus cōmunis explicatur, potest ea tractatio ex his, quæ nos tractauimus, exemplis peti, neq̄ ideo necesse est peculiarīa eius rei præcepta tradere: hoc tamen admonendum est, ut etiam in illa simplici tractatione, quantum fieri potest, omnia in certum ordinem cogantur, ut ceu membra membris subiecta, inter se omnia consentiant, & ut possit certi aliquid inde disci. Eius rei optima exempla sunt passim

Simplex tractatio textus

Ordo certus

in sermonibus à Luthero scriptis. Videbis autem in illis, quàm diligenter omnes rerum, personarum, locorum, temporum circumstantias rimetur, præsertim in historijs tractandis: & quomodo singula penè uerba ponderet, id quod mirabilè rebus lucè adfert, et ad copiã orationis plurimũ facit. Hęc igit̃ iã de eo genere sufficiãt: nos ad ea quæ maiore artificio constãt, & quæ difficiliora in exercitatis uident̃, accedemus.

Themata cõ-
posita dupli-
ciz

Nõ difficile est, distinguere ea quę docent, ab ijs quę hortant̃ aut dehortant̃. Ea em̃ quę docēt, plerũq; sunt aut de fide, aut iustificatione, aut de lege, aut de remissionẽ peccatorũ, ac similibus. Ideo em̃ hæc tractant̃, ut instituant̃ animi hominum in uera fide. Nos hanc sententiam pro exemplo tractabimus, ad Rom. 3. Statuimus autem hominem iustificari ex fide in Iesum Christum, sine operibus. In his atq; similibus exemplis, principiò omnium diligenter explicandi sunt illi termini, ex quibus

po.

potissimum sententia constat, quales hîc sunt, iustificari, & fides. Neque enim unquam recte sententia aliqua explicabitur, nisi prius partes, ex quibus constat, diligenter exposueris. Nō autem necesse est tam copiose omnia persequi, ut supra in ratione simpliciū thematum ostendimus: sed complecti breuiter ceu uno fasce complicatā sententiam debemus, eamq; proponere. Explicatis igitur iam principalioribus thematis partibus, sententia quā simplicissime potest, proponenda est. Fides illa nos iustos facit coram Deo, nō nostra opera.

Est autem hæc interpretatio sententiæ longius trahenda, propterea quòd firmitus ea adhærescāt animis, quæ pluribus uerbis dicuntur. Vbi autem sententiam sic explicaris, colligendæ sunt ex sacris literis aliæ sententiæ, quibus ceu rationibus & argumentis, expositionem tuā comprobes. Quòd si quæ obscuriores sunt, illæ quoq; indicandæ

1
Partes explicandæ

2
Explicandæ sententiæ

3
Quærendæ rationes seu testimonia e sacris literis

f 3 &

Sententiæ
quæ adferendæ

& tractandæ sunt. Debet autem summè caueri ab ijs qui sacra docēt, ne multam sententiarum congeriem connumerent. Hoc faciendum est, ut paucae atq; illæ aptissime & conuenientissime & quoq; apertissime producantur: in quibus explicandis semper oratio ad institutam sententiam est dirigenda. Satius enim est unum & alterum clarum testimonium & firmum produxisse, quàm multas quæ ad institutum non ita multum faciebant, sententias allegasse. Nam præterquam quòd incertis & malè detortis scripturis non confirmantur animi hominum, obscurat etiam res magis ac magis illa sententiarum copia. Iudicium igitur aliquod requiritur, ut uideas quæ nam maximè ad institutam propositionem tuam faciant: & non ut quæq; sese prima obtulerit sententia, proferenda est, sed ut quæq; plurimum lucis attulerit, plurimumq; ualuerit. Videmus autem hoc quoq; in doctorum hominum disputationi

tioni

tionibus & scriptis. Si plerunq; unam aut alteram sententiam habent apertā & grauem, quam aduersariorum infirmitis rationibus & scripturis opponūt: id quod nobis quoq; cum imperitam plebeculam docemus, faciendum est: facilimè enim ea intelligent, quæ minimum obscuritatis habent: & si nō obruantur animi numero sententiarum, firmitus eas retinebunt.

Cum igitur nostram institutā propositionem confirmamus, illæ sententiæ quibus utimur, certæ esse & aperte debent. Quemadmodum enim in iudicijs, illi testes quorū suspecta fides est, reſciuntur, sic quoq; in oratione non nisi illa adhibenda sunt, quæ sunt apertissima, et minimū ambiguitatis habēt.

Proximus locus sunt exempla, quæ quamuis non tantum probent, quantum sententiæ, tamen ad probandum non nihil faciunt, & maximè orationi afferunt lumen: præcipuè aut in suasorij sermonibus dominantur. Quem-

4
Exempla

f 4 admo

admodum autem in colligendis sententijs præcepti, sic & hîc moneo, ut ea tantum exempla afferamus, quæ sint aper-
tissima. Præterea hoc quoque monendū
est, in narrandis historijs magnam cir-
cunstantiarum curam esse debere, ut
omnia quam commodissimè referan-
tur. Nam cum illis oratio multum au-
geatur, ad perspicuitatem quoque pluri-
mum conducunt. Non autem fidei tã-
tum, sed incredulitatis quoque exempla
sunt producenda, & non tam Abrahæ
fides prædicanda est, quàm etiam Cain
& Iudæ incredulitas ac etiam despera-
tio damnanda.

5
Contrariæ
sententiæ.

Postremus locus sunt contrariæ sen-
tentiæ, seu confutatio eorum quæ op-
poni possunt: qualia sunt, Charitas
operit delicta: Exemplum Cornelij,
sententia Iacobi, & similia. Sunt autem
semper obscuriora per clariora expo-
nenda: quòd si quæ omnino dissentiant,
ea sunt interpretatiõe aliqua mitigan-
da: uerum infra agemus de contrarijs
senten

sententijs. Ad hunc ferè modum, The-
 matum alterum genus tractatur, quod
 uocatur Dialecticon. Debet autem no-
 bis hæc ratio ideo esse commendatior,
 quòd ferè in omni sermõe ea utamur,
 & apud ueteres, qui rectissimè locuti
 sunt, ad hunc modum grauißimas res
 explicarunt. Ciceroni autem præ reli-
 quis in usû fuit hæc ratio. Principiò
 propositionem ponit, illi plerunq; ra-
 tionem subiicit, nonnunquam etiam
 illius rationis aliã affert ratio nem: tan-
 dem exempla addit, &c.

Quia autem nobis sic loquendũ est,
 cùm uulgò sacras res tractamus, ut q̄
 plurimum nos intelligant: & dicen-
 di ratio, apud illos solos, qui olim
 scripserunt in latina lingua, extet: im-
 pium est sic contemnere humanarum
 literarum studia, ut pleriq; nũc faciũt:
 quin potius Deo agenda erant gratiæ,
 pro illa commoditate, quòd etiam gen-
 tilium scriptorum lectio ad uerbũ Dei
 felicius & clarius docendum cõducat.

Literæ huma-
 niores

f 5

Exem.

Vsus copiam
parit.

Non puto opus esse quemadmo-
dum in superiore exemplo feci-
mus, sic etiam nunc institutum locum
copiosius tractare. Nam si rerū copia
adsit, & habeas in animo meditatū
quid dicas, facile se uerba quibus dicas
offerent, præsertim autē magnus usus
fatis uerborum pariet: et ut maximè o-
mnia annumeraremus uerba, quæ for-
tasse in mentem non pessimè dicturo
uenire poterant, tamen nihil inde quā
res disci poterunt. Vanissimum enim
illorum studium est, & simul tum labo-
riosissimum, qui præscripta uerba edi-
scunt: rem nobis bene meditatā oportet,
Ordo. præterea ordinem quo tractare sin-
gula uolumus. Et tum sicut corpus um-
bra sequitur, ita ipsa se ultro offerent
uerba, iuxta uersiculum Horatiij in ar-
te poëtica:

Verbaq; præuisam rem non inuita sequuntur.

Dixi supra in cōcionibus sacris rarius
nos exordijs uti, aut si utamur, ea ple-
runcq;

tunq; adhiberi, ut animi hominū magnitudine rei, de qua dicturus es, excitati fiant attentiores. Si igitur omnino prefatione etiam hoc in loco uti uoles, sic poteris ordiri.

Nullum in sacris articulum esse, qui obscurior sit, quàm hic de iustificatione. Adde deinde rationes. i. Neq; em̄ est alia res æquè rationi nostræ ignota atq; hæc. Cùm enim diuinæ literę statuunt iustificari nos fide, non potest ratio humana rebus non apparentibus inniti. Secundo, accedunt huc humanæ traditiones & doctrinæ, quæ alioqui procliues animos fortius impellunt, et docent iustitiam operum. Si longior esse uelis, potes addere exempla: hinc natas omnes hæreses iustitiariorum, hinc monachorum uitam, hinc omnis generis superstitionem manasse, &c. Adde tandem conclusionem. Cùm nullus sit obscurior in sacris literis humanæ rationi locus quàm hic, & tamē non sine discrimine & periculo salutis
ac anī

Exemplum
declamatiōis.

Articulus iu-
stificationis.

ac animæ errare hîc possimus. Apparet non oscitanter hanc Christianæ religionis grauiissimam sententiã esse tractandam, &c. Sic absoluiisti exordium, iam ad rem accedere potes in hunc modum. Sententia Pauli hæc est :

Expositio
partium sen-
tentia.

Statuimus autem hominem iustificari ex fide in Iesum Christum sine operibus legis. Priusq̃ aut eã tractare incipiam, uobis ista duo spectanda sunt, quid iustificari, quid fides sit: quæ uocabula si rectè intelligantur, planiorem nobis sententiã reddent. Iustificari tum dicimur, cum non imputat Deus peccatum, et nos iustos reputat, sicut psal. 32. scriptum: Beatus uir cui non imputat dominus peccatum, &c. Hoc si doceas, aliquãto pluribus uerbis utendum est. Nos enim non iusti aut beati sumus, cum hoc uel illud facimus, sed cum Deus nobis non imputat peccatum, cum fauet nobis, &c. Differunt enim inter se, iustum esse coram Deo: et, iustum esse per externa opera inter homines. **Fides**

Duplex iusti-
tia.

des autē (cui Paulus hoc tribuit, quòd nos iustos faciat) est, cùm simpliciter uerbo Dei innitimur, et sentimus Deū tum promittentem, tum minantem ueracem esse. Quia autē promittit Deus remissionem peccatorum, gubernationem, fauorem suum ac gratiam, his promissionibus fides assentitur, utcunque externa facies rerum dissentiat. Et quia comminatur impijs mortem, infelices exitus, iram, &c. ideo fides cauet ne quid committat, &c.

Iam igitur cùm & quid iustificatio-
nem, & quid fidem Paulus uocet scia-
mus, ipsam sententiam Pauli facile in-
telligemus: sic enim sanctus Paul. pro-
nunciat, Iustitiam quam Deus probat,
& exigit, eam non contingere per aliā
rem quam per fidem. Si credas Deo, si
illi tum promittenti, tum comminanti,
fidem habeas, iustum te esse nō huma-
na quadam iustitia, quę nō in animo,
sed in externis actionibus sita est, sed
diuina: est enim longē aliud Dei iudi-
cium,

2

Expositio sen-
tentiar.

ciūm, quā̄m hominūm sit iudiciūm. Nam cūm nos non pronūnciare possumus, nisi de ijs quæ ad animūm per externos sensus delata sunt, de externis actionibus quas oculi uident, aures audiunt, manus palpant, &c. Deus, sicut propheta inquit, corda et renes scrutat̄, & non, quod manus et pedes agāt, sed quod cor sentiat, inquirit.

3
Testimonia
sacrarum literarum,

Est igitur humana iustitia ceu sordes argenti, si cum uera & diuina iustitia conferas. Hæret in manibus, pedibus, lingua, hæc in intimo cordis sepulta, Deo suūm honorem tribuit: sentit enī̄ uerè remississe peccata, gubernare nos, &c. Sic propheta Abacuc quoq; fidem prædicat, cū̄ inquit, iustus ex fide sua uiuet. Quæ sententia planè cum hoc Pauli dicto conuenit, nisi quòd uerborum mutatus est ordo. Sic enim intelligendus propheta est. Sola fides uitam confert & uiuificat, impij̄ morte æterna puniuntur. Vita autem solis promittitur iustis. Apertū̄ igitur iam est, quòd
cūm

cū fidei tribuit uim iustificādi, tribuat simul iustitiā. Dixi aut iam supra qd fides sit, scilicet assentiri diuino uerbo.

Sic David, Beati, quibus remissa est trāsgressio, et quibus nō imputat dominus peccatum. Est generalis sentētia, quòd omnes homines sint peccatores et dānati. Omnes homines habent peccatū, inquit. Beati autem illi sunt, quibus peccatum nō imputat Deus. Qui sunt ergo isti? Illi nimirum, qui credūt Deo promittenti, quòd uelit ipsorum misereri ac ignoscere: tolle fidem, & omnes æquò erunt peccatores. Et addit clarius, In cuius spiritu non est dolus. Quasi dicat, Dico de beatitudine, aut iustitia, quæ non hæret in exterioribus corporis membris, sed quæ in intimis uisceribus latet, & quæ tam certò assentitur Deo promittente, quàm assentiuntur oculi, cū aliquid admotum propius, clarius cernere possunt: In spiritu eius non est dolus, &c.

Huc innumeræ aliæ sententiæ pertinent,

tinent. Psalmo 2. Beati qui confidunt
in eo. Tribuit beatitudinem non alijs
rei quam fidei. Porro beatum esse, uitam
habere, idem sunt, sunt effectus iustitiae.
Iustitiae autem effectus, est fides. Meri-
to igitur & illa fidei tribuitur, tanquam
propriae, quamuis remotiori causa. Sic
uides quam pulchre Pauli sententia cum
alijs, qui multis seculis ante ipsum scripse-
runt, sanctis prophetis consentiat. Sentia-
mus igitur & nos sic, non contingere uitam,
non contingere iustitiam, quam pro-
bet & requirat Deus, nisi per fidem in
Christum Iesum, quem proposuit no-
bis Deus propitiatorium, &c.

4
Exempla.

Habemus autem huius sententiae in-
numera, tum in ueteri, tum in nouo te-
stamento exempla, ubi Deus promit-
tit remissionem peccatorum, gratiam,
uitam, non hoc aut illud facientibus,
sed simpliciter credentibus uerbo. Sic
Abrahamum praedicauit scriptura, &
eius exemplo Paulus quoque utitur. Sed
plenissima consolationis sunt exempla
in

In nouo testamento, quibus plerumque
 ceu Epiphonemata additur: Fides tua
 te saluum fecit: Quia credidisti, ideo re
 missa sunt tibi peccata tua, & similia.
 Porro in exemplis quoque ea deligenda
 sunt, sicut ante admonui, quæ sunt
 aptissima & maximè cōuenientia. Sed
 opponuntur sententijs sententiæ, quæ
 uidentur contrariæ, & exemplis con
 traria in speciem exempla. Sic Corne
 lii prædicatur opera, priusquam bap
 tatus esset, & in Christum credidisset.
 Item hæc sententia, Hoc fac, & uiues,
 in euangelio. Item, Caritas operit de
 licta. Et passim multæ sunt sententiæ,
 quæ, quod nos fidei tribuimus, tribuunt
 externis operibus. Ad Cornelii exem
 plum sic respondendum est: Non com
 mendatur tantum propter opera, sed
 quia timuerit Deum. Neque dici potest,
 nullam habuisse fidem, cum Lucas scri
 bat, eum orasse. Est autem oratio tantum
 fidei opus. Argumēto autem est, quod
 sine hæsitatione, ut Pauli uerbo utar,
 g oraue

5
 Contrariæ
 sententiæ.

orauerit, quòd exaudita oratio fuerit.
Principium igitur iustificationis, & ceu fundamentum diuinitus iactum, habuit, inde bona opera, sicut naturaliter fit, secuta sunt. Cognitio autem nòdum fuit perfecta, id quod & ipse sensit: neq; enim, nisi id sensisset, à deo plenior religionis cognitionem postulasset. Porro, per prædicationem de Christo cognitio illa absoluitur, fides confirmata perficitur & cõsummatur. Sic rectè ad hoc exemplũ responderis, quòd habuerit fidem Cornelius, sed eam tamen adhuc imperfectam. Quẽadmodum autem granũ sinapi excreuit, sic illa fides non potuit nò per uerbum crescere, & maior firmiorq; fieri. Sententia Salom. Delicta operit charitas: intelligit de alienis peccatis, ea charitas tegit, nò de nostris. Sententia Christi: Fac ea, & uiues, est de tota lege, spiritualiter scilicet impleta. Sunt enim in Decalogo quoq; præcepta timoris et fidei, quæ qui præstiterit, is uitã habet. Sic

Sic uides ubiq; fidei tribui iustificatio-
nem, neq; esse aliam rem, qua Deo suū
cultum præstare possumus, q̄ fidem.

Si igitur, Deo placere, Deum colere,
iustè & sanctè uiuere, uitam denique
æternam ingredi uis, non hoc aut illud
tibi opus faciendum est, sed credendū
& sentiendū, quòd Deus omnia quæ
promisit, largiri nobis per Christum
uelit, quòd uelit nostri misereri, remit-
tere peccata, ignoscere, gubernare, de-
fendere nos à peccatis, morte, & infer-
no: pro nobis rogare patrem, in tenta-
tionibus & calamitatibus nos conso-
lari, & erigere per suum spiritum: quæ
omnia immensa bona diuinæ miseri-
cordiæ sunt. Vult autem ea nobis da-
re non pro magnis opibus, non pro
nostra iustitia. Sūt enim multi inopes
qui emere non possent, & maxima
pars hominum incautior immergi-
tur & obruitur peccatis, cum illis actū
esset, si aut opibus, aut nostra iusti-
tia, uenalia tanta bona essent. Hoc opti-

gimus

Peroratio,
qua redit ad
sententiam
institutam

Amplificatio

mus pater exigat, quòd si ipse faueat, omnes prestare possumus, ut sentiamus uera esse quæ promittit. Cordis nostri assensum uult, & hanc fiduciam, ut omnia bona in ipso solo sita nobis esse persuadeamus, eaq; expectemus. Et quemadmodum hunc sensum in pueris uidemus, quòd sentiant sibi præsidium cõtra omnia mala in parentibus esse situm: sic nos quoq; uult nulla in re alia, in nullis alijs opibus hæerere, q̃ in seipso, qui omnia præstare, quorũ usus indiget, & possit, & uelit.

Antithesis,
quando subij
citur contra
ria sententia.
At quid do
cent & faciunt
monachi? &c

Hic uidemus quàm lōgè illi errent, qui docent, uitam aut iustitiam contingere per opera, & quãdam ciuilitatem ex religione faciunt. Habent quidem opera externa suas promissiones, sed temporales tantum. Deus dat iustis coram mundo pacem, opes, famam bonam, sicut quoq; iniustis sunt suæ pœne, furibus crux, homicidis mors, etc. Quemadmodum autem fur & homicida, si credit, saluatur; sic illa ciuilis iustitia



stitia non prodest ad uitam æternam, nisi ad eã accedat fides. Fidei alia sunt proposita præmia, quàm sunt illæ fluxiles & perituræ commoditates: æterna uita, æternum gaudium, bona conscientia, tutus in omnibus aduersitatibus receptus, certum auxiliũ, illa sunt fidei præmia, quæ ciuili iustitia nemo impetrabit. Quemadmodũ enim ubi argenteis numismatis res ueneunt, nullus cupreorum nũmorum, si quis eos importet, usus est: sic longè inferior ciuilis iustitia est, quàm quæ tanta bona consequi possit, aut mereatur.

Nulla est maior impudentia & impietas, quàm, cũ uidemus nostram tantã esse infirmitatẽ, ut ne minimo affectu moderari possimus, tamen tantũ nostris tribuere uiribus, quòd possint summa illa dona mereri: hæc est illa luciferi ambitio, qui sedẽ Dei affectauit.

Quin nos agnoscamus peccatores, & sentiamus non ad bene operandũ, sed tantũ ad peccandum uim in no-

g ; bis

bis esse, & rogemus à Deo gratiam & misericordiam, ut in nobis peccati dominium tollat, & fidem per suum spiritum inserat, qua tantorum bonorum participes fieri possimus: siquidem sola est, qua iustificamur tali iustitia, quã Deus probat & commendat. Amen.

Videre est in hoc exēplo, quòd commodè tractari non possint composita themata, nisi antea bene cognitis partibus ex quibus constant, subiecto scilicet & prædicato.

Quemadmodum igitur monui antea, priusquam tractationem instituas, diligenter uocabula, quæ constituunt sententiam, considerabis, eaq; per illos locos, quos supra in simplicibus thematibus ostēdi, duces. Sic enim fiet, ut certius ipsa intelligere, & solidi aliquid docere queas: id quod omnimodo faciendum est. Quia enim salus hîc agitur animæ, & res est cum perfectissimo rhetore, cum nostra scilicet consciētia, sunt deligenda certissima, quibus cū
 uel

uel peccatum, uel conscientia nos tentat, resistere Satanæ possimus. In fidei igitur causis, solo scripturæ uti possumus testimonio, neque possunt aliquæ à nobis excogitatae rationes afferri, quòd animalis homo non sentiat quæ Dei sunt. Si aut de æternis rebus disputes, de ceremoniis, & similibus, possumus quoque argumētis à nobis inuentis uti: quamuis quoque illæ ferè uel ex historiis sacrarum literarum, uel ex sententiis sint petita, si diligentius ea cōsideres. Sit exempli gratia propositum thema, Non omnes ceremonias abolendas.

ALIVD EXEMPLVM, NON OMNES
ceremoniæ abolendæ.

P Rincipiò quid ceremoniæ sint, diligenter uidebis, quidã scilicet externi ritus instituti pro infirmis, et quos Paulus dicit, lacte ali. Deinde quoque prædicatũ uidendum est, nō sunt abolendæ. Hic statim in mētem tibi uenit, quòd illa tantum abolenda sint, quorũ

§ 4

aut

aut nullus usus est, aut quæ sunt cōtra
mandatum Dei. Conferendum igitur
iam prædicatum cum subiecto est, ui-
dendumq̄, an nullus ceremoniarum
usus sit, aut contra Deum sint. Quòd si
deprehenderis aut inutiles, aut impias
esse, constitues abolendas. Sin autem
quarundam usus quidam est, & neces-
sariò exiguntur, diuersum constitues.

II Quia autem Ceremoniæ generale
nomen est, multis speciebus commu-
ne, & propositio particularis: sunt col-
ligendæ illæ species, & uidendū, quæ
sint impiæ, quæ nam inutiles, &c. Iam
igitur ad tractationem accedemus, si-
quidem particulas propositionis ali-
quo modo expendimus. Dixi autem
primò sententiã simplicissimè referen-
dam, esse quasdam ceremonias, quæ nō
sint abolendæ. Requiritur autem sta-
tim hîc ratio, quare nō sint abolendæ:
uerùm eam antè ostendimus, quòd sci-
licet & quidam illarū usus sit, & quæ-
dam necessarię sint.

Non

Non possunt omnes ceremoniæ tol-
 li, quia baptismus & eucharistia sunt à
 Christo institutæ ceremoniæ, seu exter-
 ni ritus. Hæc est prima ratio, quæ est
 certa & necessaria. Sed quid dicimus
 de ceremonijs ab hominibus institu-
 tis: quales sunt, certi dies, quibus uer-
 bum docetur, quidam in ecclesia ritus,
 quòd canuntur psalmi, quòd est quæ-
 dam forma communicandi, &c. Illæ
 quoq; sunt necessariae: debet enim cer-
 tum tempus esse, quo conueniant ho-
 mines ad audiendum uerbum. Et Pau-
 lus præcepit, omnia faciēda in ecclesia
εὐχρημόνως. Sein ordenlich / daß es wol
stehe.

Sed præter has aliæ multæ sunt, qui-
 bus in nostris ecclesijs hodie utimur,
 quæ non tam sunt necessariae, quàm il-
 læ superiores. Sunt ne illæ quoq; tole-
 randæ? Respondeo, Si nō sint impia,
 quales illæ sunt quæ institutæ sunt ad
 iustificationem à Papis, & si sit earum
 quidam usus, quòd aut religionē com-

g s men

Ceremoniarum
genera.

mendēt uulgo, aut pueros, quorū maximè gratia institutæ sunt, retineant in uerbo, & doceant, non sunt abolendæ. Videmus enim in quibusdā ecclesijs, ubi nullæ amplius, præter sacramenta, ceremoniæ sunt, nunquam fuisse contemptiorem religionem, quàm nunc. Est enim opus quadã externa specie, quæ cōmendet & augustiorem uulgo religionem faciat, quòd rei magnitudinem & dignitatē per se uidere nequeant. Et non debet nos eius profectus poenitere, quem pueri, dum in templis psalmos canunt, dū biblia legūt, faciūt. Impium quoq; est, sentire omnes ceremonias institutas esse ab impijs pontificibus. Fuerunt nonnulli prudentes & sancti uiri, qui senserunt uulgi ita supinos & demissos animos, ut nunquã sint dignitatem & amplitudinem religionis animaduersuri, nisi aliqua externa & oculis exposita specie remorati & detenti animi, sensim magis ac magis attollerentur, & admirari eam discerent.

rent. Hæ ferè sunt rationes quibus col-
ligitur, non posse, nec debere omnes
ceremonias tolli, propterea quòd quæ-
dam sunt mādātæ & necessariae, quæ-
dam, quamuis mandātæ non sint, ni-
hil tamen impietatis habeant, & mul-
tum profint infirmioribus animis.

Tertius locus iam sunt exempla. Ha-
bes autem præclarum locū de ceremo-
niarum usu, Iosue 22. Ne uestri pueri
dicant nostris, Non estis participes do-
mini, &c. Pro pueris & infirmis istius-
modi sunt instituti ritus. Et Ezechias
tum serpentem abiicit, cū in supersti-
tionem & impietatem uergere res uel-
let, antè non.

Quartus, sententię, uel contraria ex-
empla diluenda, quale Ezechię est, qui
serpētem est demolitus. Facilis autem
solutio est, fuisse abolendum, quia in
impietatem res cesserit. Nos autem eas
tantūm ceremonias asserimus, quæ &
piæ sunt, & profunt in fide, quæ sunt
institutę ad docendū rude uulgus, &c.

Ultimo

Docendi mo-
dus simplicior

Ultimo subiicitur epilogus, cuius formam è superiore exemplo petere licet. Sic in his thematibus, quæ docent, ille ordo conseruandus est, ut primò ipsa uocabula explices, Secundo explices simpliciter sententiam, Tertio quæras rationes, Quarto exemplis illustres, Quinto confutes contraria.

Dialecticus
ordo.

Aliam rationem tradunt Dialectici. Habent enim illi quosdam locos, è quibus peti argumenta liceat, & deinde formas proponendorum argumentorum & connectendorum præscribunt. Verū ego hanc ideo sequi malui, quòd fit planior, & simplicior, præsertim in ijs, qui non magnum usum Dialecticorum præceptorum habent. Secundo, quòd uideam eloquētissimos uiros in grauiissimis causis, hac ratione esse usos: & quòd non ita longè quoq; à Dialecticorum præceptis distet. Nam & hinc causas rerum quærimus, & argumentamur ab exēplis, quos locos illi quoq; proposuerunt. Est ferè eadem ratio tra-
dita

dita ab Erasmo in 2. lib. Copiæ, de expolitione, ea commodè cum his conferri potest.

DE CONTRARIIS SENTENTIIS explicandis.

Quia in hoc genere sæpe contrariæ sententiæ explicandæ sunt, operæ precium facturum me existimaui, si illarum tractandartū qualemcūq; formulam præscriberem. Vulgaris est regula, sed bona, & apprimè ad hūc locum utilis, monstrationem procedere à notioribus ad ignota. Itē ignota per notiora explicantur. Hoc igit facienda est in contrarijs sententijs, ut semper eam quæ obscurior est, conferamus cū aliqua apertiore & clariore, eamq; ex illa explicemus. Exempli gratia, clara et apertissima hæc est: Statuimus hominem iustificari ex fide, absq; operibus legis. Item, si ex gratia, ergo nō ex operibus. Sin ex operibus, iam euacuata est gratia, &c.

Hæ sententiæ sunt apertissimæ, neq; est

est quòd aliquis in illis hæsitet. Si igitur incidant quædam sententiæ quæ operibus id tribuant, quod Paulus operibus adimit, illæ sunt secundum Pauli sententias explicandæ, & interpretatio addenda est, qua mitigatur nō nihil. Hoc omnino non faciendum est, ut ex obscurioribus clariores interpreteris. Quæ admodum enim numeros ac rationes obscuriores Arithmetici docent, ex notis numeris explicare: ita hîc faciendū est, notiores sententiæ interpretationem ac sententiam ad ignotiores afferre debent, & non e contra.

Quòd si ex positione aliqua mitigari non possint, sicut illa Iacobi, Videtis quòd ex operibus iustificatur homo, & non ex fide solūm: istiusmodi simpliciter non sunt recipiendæ, uerūm istarum non sunt multæ. Inuenies semper plures sententias, quæ ueram sententiam probent, quàm quæ improbant, & ferè semper fieri, ut quæ contrariæ prima facie esse appareant, eæ, si ordinem

ordinem & seriem textus diligentius inspicias, non discordent, sed aut per antecedentia aut sequentia sint explicata. Atque hanc rationem componendarum contrariarum sententiarum tradunt Rhetores.

Verum Theologi etiam quandam addiderunt, hanc scilicet, quod semper posterius uerbum sit corrigendum secundum prius. Sic legimus in lib. Regum, Samuelem mortuum collocutum cum Saule: quia autem praecessit, uere mortuum Samuel, est concludendum phantasma diabolicum, non Samuel Sauli esse uisum. Sic Balæmo primo interdicitur, ne ascendat ad regem, deinde permittitur illi, ut ascendat, & tamen poenam admissi peccati pendit. Hinc colligendum, quod primum uerum uerbum fuerit, alterum non, sed tentatio quaedam, qua ideo tentatus est, quia priore uerbo non contentus fuerat. Sic Abraham habuit promissionem de filio Isaac, quem cum immolare

lare

lare iubetur; tentatur eius fides: neque uult Deus, ut eum occidat. Sic in similibus locis cogitandum.

DE ALTERO GENERE COM-
positorum thematum.

De genere de
Uberatiuo.

Alterum compositorum thema-
tum genus est, quod ad persua-
dendum, adhortandum, dehortandū,
laudandum, uituperandum, adhibet:
eiusmodi omnia illa sunt, quibus ad
bona opera, ad pacem, ad coniugium,
ad ueram pietatem adhortamur: qui-
bus dehortamur à uitijs, ab impietate,
auaritia, luxuria, ebrietate, seditionib.
rixis, & similia. Est autem facilius horū
tractatio, ideo quòd superiorū cogni-
tio tota è sacris literis petēda est. De his
autem nostra ratio iudicium suum di-
uinitus formatum & simul natū, quòd
aut honesta, aut turpia, bona aut mala
sint, affert. Si igitur contra ebrietatem
dicturus sis, omnia quæ dici possunt,
exceptis sententijs sacris, quæ Dei irā
minan-

minantur, à quouis gentili dici potuerunt. Sunt enim effectus ebrietatis damna & incommoda, item magna turpitudinis pars rationi ac oculis subiecta. Deme igitur sententias sacras, & tam bene contra ebrietatem Cicero declamabit, quam Christianus quidam. Duplex ergo est ad hæc tractanda adferendum instrumentū; Sacrae sententiae, quæ bonis operibus promittunt præmia, & uitijis minantur iram Dei: Item nostræ rationis iudicium, & experientia, quæ cum de externis rebus iudicare debet, tãquam in suo regno statuere aliquid certi potest. Neq; in his, sicut in superioribus fallit: sunt enim expositi oculis effectus. Sicut igitur certo de colore iudicare oculi possunt, sic etiam ebrietatis damna & turpitudinẽ perspiciunt. Quæ si dicendo exaggeres, & ceu uno fasce conuoluta, latius auditorum oculis spectanda euoluas & explices, apta ea ad dehortandum, aut persuadendum erit oratio.

h Loci

Loci suavorij.

Loci, per quos huiusmodi themata tractantur, ferè hi à rhetoribus præscripti sunt, honestum, utile, facile, necessarium. Qui igitur diligenter simplicium Thematum locos didicerit, is faciliorem ad hæc quoque aditum habebit: nam ferè ex illis nati sunt, sicut commode indicabimus.

Honestum.

Honestum uocarunt, cum aliquid aut Deo probatur, aut cum nostra ratione et iudicio consentit. Sic inhonestum homicidium dicitur, quod prohibuerit id Deus, & nostra nos conscientia post admissam eadem damnet & accuset, sicut in homicidiis uidemus. Sic honesta dicitur religio, quod Deus eam probet & exigat, & nostra ratio statuatur Deum colendum. &c.

Exemplum.

Nos quia sæpius in docendo ad hunc locum recurrimus, pro exemplo tractabimus hæc sententiam, Bona opera esse præstanda. Tractaturus igitur hæc sententiam, primo omnium explicabit

Definitio.

definitione subiectum: hoc enim in omni
mni

in omni disputatione, cuiuscumque tandem generis sit, faciendum est, ut hæc uoces quæ potissimum tractantur, definitione circumscribantur, ut ceu in certo loco consistere auditor possit, neque huc illuc ue incertus animus de principali termino (ut sic uocem) uoluatur.

Statim autem, postquam admonuisti quid bona sint opera, nempe ea quæ proximo, non nobis, aut Deo qui his non eget, bona sint: aduertendus animus et cogitatio ad honesti locum est. Dixi autem honestum dici, quod tum Deus præceperit, tum etiam nostra ratio probet. Congerenda igitur una aut altera sententia est aperta & propria, qua Deus opera à nobis exigit, deinde ratio quoque nostra quid sentiat consulenda: ex illa enim omnes sententiæ, quæ passim apud Gentiles de moribus extant, natae sunt. Faciunt autem & illæ, si modicè & suo loco aspergantur, commendatiorem et elegantiorem orationem.

Sententiæ
gentilium.

303

h 2

Aperta

Aperta sententia, quæ bona opera exigit, illa est in lege, quam Christus quoque repetit: Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris. Item innumeræ aliæ. Faciendum autem est, ut paucissimis, sicut iam sæpe monui, ijsque grauissimis utamur. Et delectus quidam adhibendus est, ne ex tantis opibus ea quæ uilissima sunt, & minimi precij, stultè de legisse uideamur.

Suprà in simplicibus thematis de definitione, & causa efficiente præcepimus: ex ijs duobus locis nascitur ferè locus honesti, si diligentius cõsideres.

Nomina artis
celanda.

Notabis autem quòd argumenti tantum nomen honestum sit, neque dicturo publicè hoc nomine utendum est, Opera sunt honesta. Sicut quoque nemo sanus cum docet, iam propositionis, iam confutationis nomine utitur. Sed illa nomina ideo sunt reperta, ut commonefacerent quid in dicendo sequendum, aut quò noster animus referendus esset.

Stul

Stultum igitur esset declamantem dicere, Opera sunt honesta, ergo præstāda. Quin sic potius propones, Bona opera nullo modo Christianis omittēda sunt, quia ea exigit Deus, & quoque nostra ratio nos commonet, ne quem lædamus. Hæc erit huius loci ab honesto propositio. Habent enim singuli loci suas partes, sicut in principio huius operis indicaui. Confirmationis deinde uice subiiciendæ sunt sententiæ, in quibus Deus præcepit bona opera: illæ sunt exponendæ, illustrandæ, amplificationibus & exemplis aggerandæ, &c. Deinde conclusio subiicienda, ergo non sunt omittenda opera. In hanc sunt similia cōferenda, item omnia genera amplificationum, sicut infra fortasse ostendam.

Dixi quid sit honestum. Iam igitur & quid utile uocarunt, explicandum. Vides
 Quamuis autem ipsum nomen satis apertum sit, quia tamen omnia crassissime tradere decreui, & illud explicare

h 3 non

nō grauabor, ne quid imperitior harū
artium requirat. Suprà in simplicibus
thematis, postremus locus erat officiū
seu effectus. Inter locū igit̄ utilitatis &
effectuum nihil aliud interest, q̄ quòd
hoc nomine Dialectici, illo rhetores
utātur, cū usum rei cōsideramus, quid
conferat, cū quid hoc aut illud fecisse
profit, quid obsit neglexisse, &c.

Sententiæ sa-
cræ.

Sunt et in hoc loco, ut eò grauior fiat
oratio, sacræ sententiæ, quæ præmia bo-
nis operibus promittunt, conquiren-
dæ. Habent autem uarias promissio-
nes bona opera, & ad plura profunt.
Primo igitur loco illi effectus sunt po-
nendi, qui sunt grauiissimi. 1. Petri 2.
Confirmate fidem uestram per bona
opera. Item, Ite in ignem æternum, qui
me non pauistis, nō uisitastis. Hic æter-
na uita bonis operibus promissa est.
Item corporalis promissio, Quicumq;
fecerit hæc, uiuet in eis. Item, Qua mē-
sura mensi fueritis, &c. Sic confirmāt
opera fidem nostram, promissionem
uitæ

uitæ eternę habent, habent promissionem omnium bonorum corporalium, sicut psalmus dicit: Nunquam uidi semen iusti panem quærere, impius autē & opulentus perit.

Hi effectus sunt amplificandi collationibus, item alijs ornamentis. Item, circumstantiæ tractandæ. Quicumq; fecerit hæc minimo ex meis, mihi fecerit. Nō homo, sed Christus, cui illa omnia fiunt, respiciendus. Est circumstantia personæ, quam licet amplificare bono ornamento, quo sæpe Lutherus utitur. Si Christus adhuc esset uiuus, omnes ad illum curreremus, &c. Propior autē iam est, cū se in omnes illos, qui nostra opus habent ope, cōclusit, & aperte dicat, sibi fieri, quicquid minimo ex suis fiat.

Hi duo loci copiosissimè semper ac ferè soli tractantur. Est autem planè contrariorum eadem disciplina. Quemadmodum enim honesta, Deo uolente & mandante, item approbante nostra

conscientia fiant, ita turpia & inhonesti Deus prohibuit, & nostra ratio damnat. Similiter quemadmodum illa profunt, sic hec obfunt: et ut bonis operibus promittit Deus uitam æternam, sic uitia punit æterna morte & ira sua. Præterea quæ uitiorum incommoda, illa non est huius loci aut instituti recensere, sunt enim quibusuis nota. Hoc tamen obseruandū est, quòd & illa non nunquam sacræ literæ referant, addāt tamen aliquid maius, quàm humanæ literæ aut ratio, scilicet iudicium Dei, & iram Dei. Sic Salomon tribuit ebrietati, quòd pariat tumultus, addit tamē hoc facere quoque subsannatores, qui Deum magis ac magis laceffant, ruere ē peccato in peccatum. Illa diligenter sunt uidenda, suisq; illustranda coloribus.

Facilitas.
Necessitas.

Reliqui sunt duo loci, facilitas & necessitas, ij plerunq; adhibētur loco amplificationum. Vt si dicas de bonis operibus, Tanta cōmoda promittit Deus
bona

bona facientibus, quàm autem paruo nobis illa constabunt? Non exigit ut opes tuas profundas temerè, uult te dominum esse tuorum fontium, riuulos tantùm uult te foras deducere, prohibet illam turpem auaritiã: si re nō potes, iuua cōsilijs, labore, opera tua, &c. Similiter & necessitatis locum tractāt. Hæc quidem facientibus, bona opera sunt promissa, quæ nisi sponte fecerimus, cogemur cum nostro malo. Habet magistratus ius homicidas, adulteros, fures necandi. Quòd si cōsultò ab his uitijs abstinere non uoles, fer tuam pœnam. Recidunt ferè hæc in honesti locum, quòd Deus præcepit, cui sit parendum, & in locum utilitatis, sicut uides.

Hoc postremò monendũ, nullũ amplificationũ genus neq; facilius, neq; uberius esse, quàm si cōtraria seu Antitheses subiicias: ut si dicas de premijs, quæ proposita sunt bonis operibus, subiicias pœnas malis operibus pro-

h s posi

Amplificatio
a contrario.

Antitheses

positas, Hæc Deus nobis proposuit & promisit. Quòd si nihil tantis promissionibus commouemur, at horribiles pœnæ nos à peccando retrahant: æterna enim morte puniet peccata, sicut dicit. Præterea ira sua uiuos etiam nū ac mala conscientia torquebit & premet, omnia illius erunt aduersa. Obijcietur ipsorum uita uarijs periculis: morbis, inopia, ignominia prementur, &c. Nomen impiorum ad posteros radicitus euertetur & peribit.

Ex his Antithesibus tantum lucis accedit orationi, præterea quoq; tantū ad persuadendum faciunt, quantum nullum aliud genus amplificationum. Faciendum igitur est, ut semper ad contrarias sententiās nos referamus. Sic ubi uituperasti ebrietatē, subiicienda laus est sobrietatis, & cætera. Quia autem hoc postremum genus plurimum ornamentorum recipit, diligenter uenanda nobis sunt ea tum ex Oratoribus, tum ex poëtis Latinis, apud quos omnis

Prophani scri
ptores.

mnis dicendi ratio sepulta est. Neminē igitur Theologum pudeat nonnunquā uel orationem aliquam Ciceronis, uel Vergiliū poēma manibus circumferre. Nam qui diligēter dicere uolet, ille statim deprehendet, maiorem omnino illarum literarum esse usum, quā uulgius Theologorum nostri seculi intelligat. Subiūcio iam et huius postremi generis exemplū, sicut superiorū quoque.

EXEMPLVM GENERIS
deliberatiui.

Monet S. Paulus Timotheū, ut moneat, urgeat, increpet, instet, omnēque denique lapidē moueat, ne ocio ac desidia fractæ mētes minus dignē Christo uiuāt. Quoniā autem iam passim tantus religionis est contēptus, & paucissimi sunt, qui id operibus, quod ore profitentur, præstent: cōmittendum mihi non fuit, quin ad bonorum operū curā aliquādo uos excitare, præsertim cū ultrò ad nos id deferat is, in quo nunc uersamur, locus. Dixit Christus,

Exordium a
sententia.

Contraria seu
contra

Christus, postremis temporibus refrigeret charitas multorum. At uerius dicas, neminem sui proximi agere curā, si (ut nunc mores hominum sunt) rem recte aestimes: adeo omnes paribus studijs, in suam rem ac questum omnia faciunt. At sic Christianos uiuere conueniebat, ut alter alterius onera portaret, inopia aliorum re subleuanda, non fraudandi et spoliandi homines, affecti animo consolandi, peccata tegenda, & similia charitatis officia praestanda proximo erant: sic enim à Christo, cuius religionem et nomen profitemur, edocti sumus. Ne igitur & nos ea in parte negligentiores essemus, instituendam cohortationem ad bona opera statui.

Verum ne quis erret, bona opera ea adpello, quae ex fide in Christum profecta proximo nostro profunt, quibus is qui nostra opera aut re opus habet, iuuatur. Illa non sunt bona opera, extruere templū, celebrare missam, orare et psalmos: neque enim ex his aliqua ad
homi

homines manat utilitas.

Sunt autem ideo præstanda bona opera, quia deus ea præcepit. Christus enim ex lege hoc repetit, Quod tibi nõ uis fieri, alteri ne feceris. Sunt innumera alia sententiæ, quibus bona opera à nobis exiguntur: illæ sententiæ explicandæ sunt copiosius. Deinde adijciendæ amplificationes ab illius persona qui mandat. Regi edicenti aliquid non obtemperare, capitale est: hic maior omnibus regibus est, ne utiquam igitur ipsius contemnenda iussa, &c.

Atq; aliqua excusatio ualeret, si impossibilia aut magna exigeret. Iam autem cū non plus postulet, quàm quòd quisq; sine suæ rei maiore iactura præstare possit, nulla ualebit excusatio. In multis hominibus tanta ambitio est, ut quacunq; re possint, captent beneuolentiam potentiorum, nonnunquam etiam uitæ ac possessionū omnium discrimen subeūt. Quæ igitur illa demencia ne an impietas est, cū tam parua
offi

Ab honesto.

Amplificatio
a persona mā-
dantis. Est col-
latio a minori

Alia amplifi-
catio a facili.

officia à nobis Deus, qui omnia largiri potest, exigat, non illi gratificari: præsertim cum longè maiora nobis proposita sint præmia, quàm si in familiaritatem alicuius principis aut regis asciscaris.

Vtile.

Quæ enim est collatio æternæ uitæ cum operibus mundi? Atqui æterna uita proposita est bene operantibus, iuxta illud Christi: *Ite in ignem æternum. Itē, Fac hæc, & uiues.* Illa præmia quia promissa sunt bonis operibus, tum demum consequimur, ubi proximum iuerimus, & firmiter crediderimus præstaturum Deum ea quæ promisit. Vita igitur æterna operibus datur, non ex merito, sed ex promisso. Promissiones autem tantum fide accipiuntur, ne quis hic quidpiam calumnietur.

Hic ingens aperitur dicenti cæpus, in quem expacietur collatione bonorum huius seculi cum æterna uita, quæ clarior erit, si pœnam neglectorum officiorum, charitatis, mortem asseras, Cōparas

ras

ras aliquot aureos, quibus proximum iuuare poteras, eumq; negligis: poena igitur te manet, æternus ignis. Confer igitur iam lucrum quod fecisti, cum iactura & damno quod patieris. Est exemplū diuitis in euang. &c. Qui sic instituit orationē, illi nullo modo uerba deesse possunt. Est autē frequentissimū amplificationū genus collatio similiū & dissimilium: mihi sufficit ista extremo digito tantū notare, aliās in immensum cresceret argumentum.

Bona opera præterea nos, quoties de fide nostra tentamur, consolantur, et testimonium contra satanam dicunt, sicut Petrus inquit: Confirmate uocationem uestram. Item Christus, Bona arbor bonos parit fructus. Sunt enim bona opera ceu sacramenta quædam, quæ nos confirmant esse nos in ecclesia, Deum nos curare, nostri misereri, &c. Sicut Christus quoq; docet, Remittite, & remittetur uobis. Neq; sanè parua hæc bonorum operum utilitas est.

Quo-

2
Bona opera
confirmant
dem.

Quoties enim accidit, cū propter peccata in desperationem coniecti homines, mortem sibi consciscant: aut ex desperatione, in omne flagitiorū genus se conijciāt. Diuersum bona opera faciunt, & infirmam conscientiā, ceu testes iustitię, consolant, et certos nos de nostra uocatione & delectatione quoque faciunt. Confer huc omnes mundi thesauros, & non poterunt infirmam conscientiam consolari: opera autem bona possunt, sunt igitur prestanda, & omnibus uiribus annitendum est, ut nostra fides per ipsa confirmetur, reddatque certior.

³
Bona corporalia.

Amplificatio per enumerationem bonorum corporaliū.

Magna autem & hec sunt, quanquam nullo modo cum superioribus conferenda, quod rerum corporaliū quoque promissionem uberrimam bona opera habent. Vis ditescere, bene fac proximo. Vis habere sanum corpus, bene fac proximo. Vis prudentiam, sapientiam, bene fac proximo. Vis gloriam & bonam famam, bene fac proximo.

Vis

Vis bonam uxorem, ac obsequentes
liberos, benefac proximo. Vis in o-
mnibus rebus successum, benefac pro-
ximo.

Habent enim omnium corporaliū
bonorum promissionem bona opera,
sicut dicit Moses, Qui fecerit hæc, uiuet
in eis. Porrò uiuere Hebraica consue-
tudine, est bene & commodè uiuere:
non autem commodè uiuitur sine pe-
cunia, uictu, bona ualitudine, pruden-
tia, & cætera.

Poterant hîc singulorum produci
promissiones, extant enim in sacris lite-
ris. De bona fama dicit Salomon: Be-
nedicetur liberali in populo. De com-
modo uictu, David: Nunquam uidi
semen iusti quærere panem. Sæpius o-
mnia ceu uno fasce colligata promittū-
tur. Psalmo 25. Anima eius in bonis
morabitur, & semē eius possidebit ter-
ram. Complectitur hîc opes, pacē, pru-
dentiam, sapientiam, copiosam sobo-
lem, & infinita bona. Similiter psal. 34.

i Timete

Timeate dominũ sancti eius, nihil enim deerit timentibus eũ. Opulenti redigentur ad inopiam, & esurient, sed querentibus dominum, non deerit ullum bonum, &c.

Simile. An non igitur tantis promissis aliquando ceu à ueterno excitati, bona operabimur? Stultum dicas, si quis ad ciuitatem aliquam uia ignarus iter faciat, neq; tamen commonstranti rectam & compendiarium semitam obtemperet, sed in deuia consultò erret. Quanto autem nos non solùm stultiores, sed etiã ingratiore sumus, qui cùm ditescere, cùm commodè uiuere optemus, non tamen ea uia insistimus, quæ maximè cõpendiaria est. Sed hæc est ratio, quòd non possumus Deo promittenti fidem habere, & immensam illam bonitatem non potest capere cor nostrum. Nos sic cogitamus, tum ditesces, cùm plurimum cõparseris, cùm sedulò incubueris faciendo operi: & rectè sanè. Neq; iubet prodigere Deus, et uult quoq; ut
labo

laboremus, sed hoc addit, cōparcendū
alijs, alijs laborandū non nobis, et tum
nos consecuturos omnia bona. Hāc ra-
tionem nos non capimus, & tamen ue-
rum est, sicut quoq; Germanicum pro-
uerbium monet: *Vnrecht gūt fasele
nit / Kirchen gehn saumpf nit / Al-
musen geben armer nit.* Imò est cer-
tissima ratio ditescēdi, si cōplurimū, tū-
te tum cōsilio proximū adiuueris.

Est in fabulis, habuisse quosdam ua-
sa, quæ nunquam exhaurirentur, sicut
dicunt de Othmari uasculo. Item ha-
buisse quosdā diuinas uirgulas: de ijs
cū audit uulgus, maximas ea fuisse pu-
tat opes. At mihi crede, largiri liberali-
ter pauperibus, iuuare, consolari ino-
pes, hæc sunt uirgulæ illæ diuinæ, hæc
sunt uasa quæ nunquam tota exhau-
riuntur, in his copiæ cornū est, sicut
poëtæ finxerunt, & qui non credit, is
Deum mendaciū arguit.

Si igitur cupis aliquando esse in mō-
tibus illis, q̄ toti aurei sunt, ut dicūt de

i 2 Indi

Amplificatio
e fabula.

Indicis ihs, quos custodiunt Gryphes,
 crede Deo, & iuua proximum qua-
 cunq; ratione poteris, & certò omnia
 quibus opus habes, adiicientur tibi.
 Hoc tamen faciendum est, ne tempus
 & modū quo id fiat, Deo statuas: nam
 illa esset auaritia, non fides: fides expe-
 ctat & sperat, & fert moram patienter.

Epilogus.

Si quis ergo est, qui tantis præmijs,
 tantis opibus non allicitur ad benefa-
 ciendum, is meritò omni genere malo-
 rum punitur. Quid enim optatius uita
 æterna? Quid receptu tuto in tentatio-
 nibus nostræ fidei suauius? Quid bo-
 nis corporis splendidius? Illa omnia
 promittit Deus. Credamus igitur illi,
 & iuuemus nostrum proximum. Nisi
 enim id fecerimus, omnia diuersa pa-
 tiemur, mors eterna nos uorabit, et ma-
 la conscientia terrebit, neq; ullam
 unquam cōmodam habebi-
 mus horam, &c.

V I N T S.



DE OFFICIIS CON
 CIONATORIS, PHI
 LIPPI MELANCHTHONIS
 dissertatio.



SCRIPTORES initia
 artiū ex artificū offi-
 cijs ducūt, postea uia
 quærunt ac rationē,
 qua officia illa perfici-
 antur. Qui enim de
 principis institutione scribunt, initio
 partiuntur officia principis, ut pacem
 domi legibus ac iudicijs, in bello armis
 defendat. Medici, priusquam præce-
 pta de diæta, aut morborum remedijs
 tradunt, officia commemorant, sanita-

i 3 tem

tem conseruare, & morbos curare.

Ecclesiastæ
præcipuum
munus doce-
re

Quare nos etiam tradituri quædam præcepta concionatoribus, primū que sint officia ostendemus. Præcipuum est docere, quæ sit uis & natura religionis. Alterum est hortari tū ad fidem, tum ad bonos mores. Frustra em̄ adhortatio suscipitur apud eos, quibus ignota est uis et natura religionis. Atq; hæc officiorum genera esse nominanda duximus, quæ fortasse aliquis in multas species secare possit. Nam adhortatio obiurgationem cōplectitur, & illi contrariam consolationem, sed iudicium adhibendum est in enumerandis speciebus: nō modò, ne multitudo perturbet discipulum, sed etiā, ne quam speciem ex Rhetoricis huc trāferamus, alienam à concionatoris instituto.

DE GENERIBVS CONCIONVM.

EX officijs cōcionatoris facile quæ sint genera cōcionum colligi potest. Sunt enim hæc tria, Didacticum, Epitre.

Epitrepiticum, quod ad credendum:
 Paræneticum, quod ad mores hortat.
 Bona pars concionatorum solum hoc
 postremum genus tractat, quod qui si-
 ne fidei cognitione profsequuntur, tan-
 tum philosophantur, non tradunt Chri-
 sti doctrinam: neque ego prætermitti vo-
 lo, sed duo genera priora multo sæ-
 pius tractanda sunt. Nam cum Evan-
 gelium multa supra captum rationis po-
 sita præcipiat, non potest intelligi qui
 sit uerè Dei cultus, nisi quod doceat euan-
 gelium, teneamus.

Vides autem nos ex Rhetorica, quo-
 niam ratio concionandi illius artis que-
 dam uel pars, uel imago est, quedam
 concionum genera mutuatos esse. Qua-
 re mirari possit aliquis, cur non omnia
 causarum genera inde, quod alij qui-
 dam fecerunt, ad concionatores etiam
 transtulerim, præsertim cum laudatio-
 ne crebro uti cogantur, cum interdum
 etiam litigent. Ego uerò demonstra-
 tionum genus planè repudiandum esse
 duxi.

Genus demò-
 stratiuum.

duxī. Quanquā enim in suasorijs concionibus aliquando obiter inter argumentandum laudatione utendum sit, tamen nunquam concionis principale genus laudatio esse debet. Nunquā laudabit personam ullam concionator oratorum more: prorsus enim explodendæ sunt ex ecclesijs orationes illæ, in quibus Christus ita prædicatur, tanquam in declamatione Camillus aliquis, aut Themistocles, quo genere concionum nunc in Italia delectantur, & ineptissimo eo usi sunt, qui beatam Mariam, aut alios sanctos ornare conati sunt. Videmus Nazianzenum ac Chrysostomum nonnunquā ut in ludo declamare, & Christum laudare, cū oportuit non de Christi facto, sed de consilio dicere, et quid credere, quid sperare nos uoluerit Christus, ostendere

iudiciale ge
nus,

Quòd uerò prætermisimus iudiciale genus, hoc in causa est, quia commodè uidebam contentiones concionum in Didactico genere posse complecti,
ma,

maximè cum non utatur concionator
locis dicanicis, sed magis autoritate
scripturæ pugnet, ad quam locos dida-
cticos adhiberi, ut infra ostendemus,
oportebit. Et alio quodam litigare mo-
do concionatorem decet, quam orato-
rem in foro. Hanc habeat curam præci-
puam, ut planè & præcipuè doceat, ut
conscientias diligentissimè muniat: id
non potest effici, nisi certissimis & pla-
nissimis scripturæ testimonijs, nec ua-
lent hinc coniecturæ aut strophæ, quæ
sæpe plurimū oratori in civilibus cau-
sis profunt.

DE GENERE DIDACTICO.

Nemo potest rite docere, nisi Dia-
lecticæ peritus sit. Ea enim, ars
est perspicuè docendi, neq; ob aliã cau-
sam inuenta est ullam, nisi ut uiam &
rationem res obscuras explicandi tene-
remus. Hæc uersatur uel circa simpli-
ces, ut si de fide dicendum sit: uel circa
coniunctas, ut si disputandum sit, utrū
fides iustificet an opera. Quæ autē sint
i s in

Thematium
diuersitas

138 DE OFFICIO CONCIONATORIS
instrumēta utriq; parti, Dialectica con-
sulenda est.

Generis Didac-
tici partes.

Interpretatio,
Methodus.

Sed quoniam genus hoc concionū
præcipuum esse diximus, partes etiam
quærendæ sunt, ut quàm latè pateat,
intelligi melius possit. Nam hic maxi-
mè utilis erit ecclesiæ, qui hoc genus re-
ctissimè tractare poterit: quod plurimi
aut omnino non attingunt, cōtenti in-
culcare præcepta de moribus, summā
doctrinæ Christianæ nusquā tradunt,
aut extremis tantū digitis leuiter per-
stringunt. Porro duæ species sunt hu-
ius generis, Interpretatio & methodus:
nam in alijs artibus ratione quærun-
tur artium initia & causæ, in sacris lite-
ris fieri id nō debet. Tota enim doctri-
na Christiana diuinitus tradita est, &
mandata literis à prophetis & aposto-
lis, id scriptum sequendum est.

Quare non magnus labor est con-
cionatori, inuenire quid dicat: pruden-
tia adhibenda est, ut deligat ex tanta
copiā, quæ maximè uidentur profu-
tura,

tura. Qua in re primum est, ut rectè intelligat ea quæ tractanda suscipit. Nemo enim de ea re, quam ipse penitus nō habet cognitā, docere alios perspicue potest. Notus est Horat. uersicul.

Cognitio scri-
pturarum.

Verbaq; præuisam rem non inuita sequentur.

Nec; uerò studio tantū consequetur, ut intelligat sacras literas, sed opus est, ut doctore spiritu sancto experiatur uim earum in uarijs uitæ casibus. Proximum est, ut uiam quandam & rationem interpretandi sciat, quæ traditur in his literis, quibus prima pueritia ad eloquentiam instituitur.

Instrumenta
interpretanda

Oportet nosse sermonis genus interpretem, est enim sua quædam phrasia sacrarum literarum, quam intelligere hi, qui non sunt rectè a pueritia instituti, non queant. Nec satis est linguas utcūq; callere, sed ut rectè iudicare possit, magnum habeat etiam Dialecticæ ac Rhetoricæ usum.

Hęc instrumenta qui ad enarrationē attulerit, cū integrum aliquem librum

in

in manus accipiet, initio cōstituet, qui sit status scripti. Deprehenso statu, seriem propositionum atq; argumentorum obseruet, ubi autor expatietur in aliquam parecbasin, ubi causam agat.

Hanc imaginem totius corporis animo suo prius includendam putet, ut quomodo consentiant omnia, norit, quàm ad populū efferre cœperit. Idem faciet, si non integrum librum uolet enarrare, seu locum aliquem, seu partem, uel Pauli, uel prophetæ cuiuspiã, uel, ut sit in nostris ecclesijs, euangelicę historiæ.

Cum ad hunc modum se præparauerit interpres, postea populum simili cōcilio docebit. Dabit operam ut imaginem scripti populi oculis subiiciat: qua in re nō tanta subtilitate opus est, quanta uel domi uel in scholis uti solemus. Sed maxime fugienda est nimia subtilitas, quia sæpe tenebras offundit populo, & sine fine logomachias gignit. Propositionē igitur proprijs uerbis

bis

bis & significantibus populo recitabit: hanc sæpe repetet, sæpe inculcabit, ut quid agatur, teneant, & sciant quid expectare in toto scripto debeant.

Cætera ad dialecticū, seu Rhetorem pertinent: fortasse propositio statim de finitionem, aut diuisionem requiret, id uidere, prudētia quædā est. Postquam definitione ac diuisione obscure uoces explicatæ sunt, argumenta enarrētur: sed hic delectus adhibendus est, ut populo, cum meminisse omnia nō potest, una aliqua sententia, unum aliquod testimonium, seu argumētum illustrius commendetur, quod studeant meminisse in omni uita. Hoc enarrādi genere Lutherus in Galatis usus est, ac passim aliās: ueteres nunq̄, quod sciam, satis feliciter tractarūt. Origenes in euangelijs delectatur allegorijs, discedens à germana sententia textus, quod est uiciosissimū interpretādi genus: in epistola ad Roman. planè nullā habuit curā coniungendi membra disputationis.

Sæpe

Definitio
Diuisio

Loci simpli-
ciū thematum

Sæpe accidit, ut de una uoce propo-
natur, ut de fide, de pœnitentia, de pa-
tiētia, de sacerdotio, de cōiugio: quod
cū fit, sequendæ sunt quæstiones quid
sit, quæ causæ, quæ partes, qui effectus,
quæ sint cognata, quæ sint pugnantiæ.

Alicubi narrantur exempla & hi-
storiæ, ubi interpretes obseruabit, ad
quos locos communes transferre exē-
plum cōueniat. Nam in præceptis alia-
rum artium exempla traduntur, ut præ-
cepta fiant illustriora. Ita in sacris literis
traduntur exempla, quæ uel fidem eri-
gant, uel timorem incutiant, & de cer-
tis officijs nos doceant. Sed uidere,
qui loci maximè congruant, nemo po-
test, nisi teneat summā doctrinæ Chri-
stianæ, seu Methodum, quæ ex epi-
stola ad Romanos rectissimè cognosci
potest.

Quidam in historijs omnes mi-
nutissimas particulas excutiunt: id for-
tasse in scholis, aut in paucis quibusdā
locis fieri utiliter potest, Ceterum non
ubiq;

ubiq; decet, ac uanam quandam inge-
nii ostentationem habet. Loci præcipui
animaduertendi sunt, quos in exem-
plo uidetur uoluisse pingere spiritus
sanctus, nec procul accersenda sunt
aliena à proposito, nec allegoria cõmi-
niscenda est sine necessitate.

Quàm ineptè tractatus est à nonnul-
lis locus: Tu es sacerdos in æternum,
secundum ordinem Melchisedec. Si
quis propriam ac simplicem definitio-
nem sacerdotij quærat, plana res erit.
Est enim sacerdos propriè, qui placat
iram Dei. Sacerdos secundum ordi-
nem Leui est, qui legẽ docet: Sacerdos
secundum ordinẽ Melchisedec est, qui
benedicit nobis, sicut Abrahæ benedi-
cebat Melchisedec. Hæc autẽ propriè
competunt in Christũ, placare irã Dei
& benedicere nobis, & polliceri Dei fa-
uorem & auxiliũ. Frigebit prorsus in-
terpretatio, si omissa sententia, quam
ipsa parit litera, ut uocant, adfingas
nescio quæ somnia, Habes em̃ grauissi-
mos

144 DE OFFICIO CONCIONATORIS
mos locos, quòd sit sacerdotium Chri-
sti, remittere peccata. Item, quomodo
consequamur remissionem peccatorũ,
seu iustificationem, utrũ placante Chri-
sto, an placãtibus nobis iram Dei. Sed
hæc nemo feliciter tractabit, ut antea
dixi, nisi probe teneat Methodum, seu
summam doctrinæ Christianæ, ad quã
utinam Hieronymus in prophetis sæ-
pius respexisset.

DE QVATVOR SENSIBVS
scripturæ.

Vna est & simplex scripturæ sen-
tentia, quam adfert Grammati-
ca enarratio. Hæc una cùm sit certa, ma-
ximè docere & confirmare cõscientias
potest: si quid præter hanc fingit, quo-
niam incertum est, non potest satis mu-
nire conscientias. Sequamur igit sem-
per iuxta Grammaticæ seu Rhetoricæ
præcepta, propriam & nativam sen-
tentiam.

Docuerunt trifariã uanamquãq;
sententiam pervertere, sed huiusmodi
metamor

metamorphoses nullo modo ferendæ
sunt. Interdum allegoria uti cōcessum *Allegoria*
est, si id uerecundè & ratione quadam
fiat, & in talibus locis, quos cōstat ideo
traditos esse, ut rectè aliquid significa-
rent, ut si quis propitiatorium & arcā
interpretetur. Et tamen allegoriam tra-
ctantibus, id quod sæpe iam dixi, sum-
mā Christianæ doctrinæ tenere opus
est, alioqui non potest fieri, quin recta
uia deerrent. Sicut uidemus hallucina-
tos esse, qui per Aharontem significa-
ri Romanum Pontificem scripserunt,
qui, quia rex sacrificans à Deo punit,
nescio quid de ordinibus cōminiscun-
tur, cū exemplū ostensum sit, ne cul-
tum Dei sine mandato diuino ullum
instituiamus. Lex habebat certas cere-
monias diuinitus traditas, itaq; huma-
no cōsilio non licuit regi sacrificare, cū
lex prohiberet.

Videndum est, quid sit consenta-
neum scripturæ: nam si pugnet allego-
ria cum apertis scripturis, explodenda
k erit.

erit. Habēt aliquid gratiæ in omni sermone figuræ, tanquam uarij gestus, et adferunt lumen in dicendo, sed si in loco usurpentur. Verùm non est mediocris prudentiæ intelligere, ubi deceat allegoria. Quare non uelim audire concionatores in hoc genere: habeant magnum numerum testimoniorum in unaquaque causa, certorumq; sine figura aperte comprobent institutum, his uti malint, quam illis allegoriarum delicijs, quæ, ut in speciem blandiuntur nobis, ita diu placere non possunt.

Iam hoc in allegorijs seruetur, ut sicut aperta significatio una est, ita non plus una significatione latuisse in litera putetur, ut mactatio agni phasis nihil significat nisi Christi mortem.

Anagoge.

Quare nihil opus est sensu, quem uocarunt Anagogicum: & Tropologiam, cum iuxta consuetudinem Græcorum significet omnem figuratū sermonē, isti uocarūt tantum, cum exemplū ad mores accommodat: quod cum
fit,

fit, nō mutat significatio uerborum historiae, tantū simile exemplum ostenditur, quod imitari nos conueniat. Sicut in humanis literis exempla proponuntur, ut si quis exemplum commemoret mulierculae, quae patrem, quem Triuiri Romae fame necari iusserāt, in carcere uberibus suis aluit. Cū adhortamur liberos, ut pietatem parentibus praestent, similitudo mouet animos, uerba historiae in aliam significationem transferre nihil opus est.

Cū recitamus Christum dedisse Didrachmū, & hortamur ut illius exemplo magistratus uereamur, non mutantur historiae uerba, sed propter facti similitudinem, accommodantur ad praesentem causam: ut Abraham deseruit patriam, ita nos relinquere potius omnia debemus, quā offendere Deū; exuere amorem rerum praesentium debemus, & sequi uoluntatem Dei.

In talibus locis nihil opus est mutare historiae uerba, sed à simili talia argumen- A simili

k a ta du

ta ducuntur. Hæc duximus adscribenda esse, quanquã olim è scholis ac templis omnia illa monachorum de quatuor sensibus explosa sint: tamen quia nonnulli plus satis hanc prodigiosam uarietatem in interpretando amant, propter autoritatem ueterum, quorũ aliqui allegorijs immodicè delectant; uolui lectorẽ monere, ut ad metamorphoses illas iudiciũ adhiberet.

DE METHODO.

Methodus. **A**ltera pars Didactici generis est Methodos. Voco autem methodum, cum doctrinæ summa iusto ordine contrahitur. Hęc quanquam est posterior superiore illa specie, quia ex scripturarũ lectione colligenda est: tamen usu concionatori propemodum prior est. Sicut enim architectus totius ædificij formã inclusam in animo ponit, ita artium doctores oportet eas artes quas tradunt, totas animo complecti, ut initia seriemq; omniũ præceptorũ ostendere queant. Ac ceterę artes, quoniam
ratione

ratione deprehenduntur, facilius percipi possunt. At euangelium, quia multum supra iudicium rationis posita continet, difficulter percipitur: hoc plus laboris suscipere concionatorem oportet, ut res obscurissimas clarè explicet. Id ita faciet, si tum demum ad docendū accesserit, cū ipse totā religionis doctrinam animo comprehendit.

Verū nescio quī fiat, ut cū manuum opificium exercere nulli liceat, nisi diu didicerit, ad concionādum admittuntur omnes sine delectu. At Paulus præcipit, ut sit episcopus ad docendum idoneus. Talis autem erit, qui sententiam religionis rectè tenet, & in uita, doctore spiritu sancto, uim eius expertus est.

Adhæc qui uiam quandam docendi nouit (porrò docendi uiam nosse nemo potest, nisi à prima pueritia rectè sit institutus, & in illis artibus diu multumq̃ uersatus, quæ præcepta eloquentiæ continent) is demum ex tota scriptu

k 3 ra

Delectus ecclesiastæ.

ra summam doctrinæ sciet in compen-
dium contrahere. Hic dabis operam,
ut & populus doctrinam Christianam
cōprehendat uniuersam. Videtur hoc
ecclesia quōdam seruasse, ut rudibus,
priusquam ad baptismum admitteren-
tur, summa doctrinæ traderetur, qui
ob eam causam appellati sunt Catechu-
meni. Nam *κατ'ἄξιν* non simpliciter
docere significat, sed propemodū præ-
legere, & audire reddētes dictata. Atq̃
utinam esset mos retentus in ecclesia,
exigendi à singulis rationē doctrinæ.
Diligentius enim consideramus, & al-
tius introspicimus, quæ recitare cogi-
mur. Deinde ubi creuerunt Canones,
& natae sunt disputationes eorum qui
scripserunt commentarios in Longo-
bardum, propter tot canonū aceruos,
& infinitas rixas scriptorum, populus
non potuit doctrinam Christianam in
exiguū compendium contrahere: ita
accidit, ut quod potissimum doceret
euangelium, non perspicerent.

Idem

Idem enim in hoc genere propemodum fit, quod in alijs artibus: ubi qui non uident præceptorū que regiones, initia, ac fines, etiam si perpetuò discāt, nihil adsequuntur. Et haud scio, an initio Lutheri libelli ideo cum tanto fauore excepti sunt, quia uidebantur ostendere præcipuos doctrinæ Christianæ locos, & quæstiones ad pietatem nō inutiles.

FINIS.

k 4



DE SACRIS CON
 CIONIBVS FORMANDIS
cōpendiaria formula D. IOANNIS
 HEPINI.

Sacra scriptu
 ra.



VE M A D M O D V M
 sine controuersia, so-
 lus Dei spiritus pro-
 dita scripturæ est au-
 tor, ita et solus sui uer-
 bi est uerus ac fidus
 interpres, imbuens omnium fidelium
 animos sana & recta uerbi sui cog-
 nitione, ut iuxta prophetæ uaticinium,
 omnes sint theodidacti. Hæc autem
 institutio non fit his seculis, euangelio
 prodigijs cōfirmato et miraculis, sed di-
 ligenti nō modò sacrarū, sed aliarum
 quorū

quoque scientiarum lectione. Has siquidem non temere dedit dominus, sed ut sint tum adminicula, tum etiam emblemata. Nisi enim sacra alijs honestent literis, nihil ita incōptum, nihil ita perplexum, atque sacra sunt. Quod ad noscendos affectus, ad uersuta rationis atque adeo malitiosa cōsilia attinet, neque clarius, neque exactius discitur, quā ex prophanis autoribus, quorum scripta character sunt animalis hominis, representatque uelut in speculo, rationis suus & carnis natiuos impetus. Quod autem ad docendi aut discendi modum spectat, id ex Dialecticis & Rhetoricis est petendum. Nemo est tam perspicax ingenio, qui non infelicissime, omnia opera lusa, uel discat uel doceat, neglecta Dialectica & Rhetorica. Nemo etenim clare, exacte, proprie ac ordine docebit, nisi Rhetorica fuerit secutus uelut Thesei filium. Hanc autem qui sequitur ducem, præter hoc quod non modo suam adiuuat memoriam, sed alio-

k s rum

Literæ pro-
phanæ,

Dialectica.
Rhetorica

rum itidē rē ita exponit planē, ac si in tabulas suis expressam colorib. cerneres.

Tria autem sunt Rhetorica dicendi genera, in quę cogatur omnis sacra cōcio, uel cōplexi uel simplicis thematis, cuius locos postea indicabimus.

CAPITA EORVM QVAE DOCENTUR
in ecclesia ex sacris.

Diuisio sacras
Scripturas

Omnia autem quę docent, aut sunt mysteria gratiæ, aut iræ Dei, id est, legis aut euangelij: aut historiæ sunt, aut doctrina morum est, qua suadetur aut dissuadetur. Quo pacto hæc docenda sunt, seorsum ordine docebimus.

DE ENARRATIONE TEXTVS.

Lingua.

Interpretaturo textum bibliorū, primum sit curæ uerborū genuina significatio, quam assequetur linguis ipsis, (quibus uelut fidelibus monumentis sacra seruantur integra) accuratē collatis & expensis. Deinde reddat uerbum ex uerbo, rhetorico ordine diligēter indicato, ne infirmis cōscientiis aliqd coactū & extortū uideat. Quod si obscura dicta

dicta aut impeditus locus inciderit, dictionis significatū germanū colligendū est ex alijs locis, ubi circūstantiē textus hāc ipsam dictionē clarius exponunt.

Obscurus locus apertior i exponendus, ut scriptura scripturę sit expositio, ne committat quid humano ingenio quod posset (sicut in interpretū nugis sepe factū uiderelicet) cōminisci, quod uel à scripturis alienū esset, uel prorsus pugnaret: id tamē ita fiet, ne multitudi ne locorū obruant auditores. Pauci ad ducendi, & illi qui in hoc uelut clariores electi. Scripturā scripturæ locis exponere non est opus, nisi coegerit aut loci obscuritas aut breuitas. Qui sexcētos producant in publicis cōcionibus scripturæ locos, ostentātes potius inscientiam q̄ eruditionē, nihil ædificant, obruunt tantū ita auditorū animos, ut finito sermone, quid dictū sit ignorent.

Oportet hāc sibi prescribāt metā, facturi ad populū uerba, ut doceant, consolentur aut exhortentur, hucq̄ tendant

toto

Obscura quo
modo expo-
nenda.

Scopus eccle
siastę.

toto suo sermone, urgeant omnia ad hunc scopum argumenta, idēq; ordine & prolixius, ut stupidiores animi etiā imbibāt. Nam centones farcire, Stentoria uoce opplere delubra usq; ad rauium, hinc inde quasi mendicatis occasionibus, debacchari in monachos, atque alium præstigiatum Dei cultum, salutaribus scripture uerbis omissis uel neglectis, non est docere euangelium, sed potius sacra prophano ore conspurcare.

Si quis impia textu est demoliturus, oportet hoc non calumnijs, sed scripture uerbis ita clarè & benignè propositis, ut omnes intelligant incōcussa conscientia, ita esse quemadmodum dicit, & eum quoq; quem audiunt, synceriter erga ecclesiam esse affectum, & ex animo loqui. Suspecta fit omnibus fluctuātibus animis eorū doctrina, etiā si sit pia, si relicto textu, diuerticula quærunt.

Quòd si res poscat refutare erronea,
 expo

exponere imposturas regni papistici,
hypocritim operum, & id genus, illud
fiat peculiari oratione ad hoc instituta,
ne dū hoc inter interpretandū facit, su-
spectam reddat & suam doctrinam.
Postremo, ut qui textui fidem est factu-
rus, teneat quo consilio seu occasione
scriptus sit, & qui sit eius fixus scopus.
In hoc nempe tota uis argumentorum
& rei perspicuitas est sita. Hæc intelli-
genda puta de omni textu, siue legis, si-
ue euāgelij, siue historiarum. Idem est
filum exponēdi omnia in enarratorio
genere.

DE EXPONENDIS PUGNANTI-
bus locis.

In scripturis loci sunt pleriq; multi,
qui secum in speciem pugnare uiden-
tur. Hos expedies, ut cōgruant sibi per
circumstantias textus, & consilium scri-
ptoris. Sicut unus est Dei spiritus, ita
est una & eadem spiritus sententia, pu-
gnantia loquitur nunquam. Sæpe etiā
pugnare uidentur loci, propter uoca-
bula

Sententia
contraria

bula ab interpretibus aut perpetā, aut
superstitiose reddita: hos natiuis expo-
nes linguis, quib. locutus est dominus.

DE HISTORIARVM VSV.

Multi putant, cūm historiae sacrae ac-
commodantur ad nostra tempora, de-
torqueri carnali quodā aut philautias,
aut odij affectu: ob id paucis de histo-
riarum usu dicemus.

Quia impietas humani cordis non
credit facile neq; legi neq; euangelio,
non tam uerbo intendens quām exter-
nis rebus: ideo Deus in scripturis sa-
cris duplicia exēpla reliquit memoriae
prodita, gratiae scilicet & irae. In quibus
uelut ob oculos ponit legis & euange-
lij uirtutem, incomprehensibilem suā
bonitatem & facilitatem, & intolerabi-
lem suam seueritatem iusti iudicij.

Sunt itaq; historiae perpetua uolun-
tatis diuinæ tum erga pios, tū impios
argumenta: qualis tum erat Deus erga
impios, talis est & hodie. Ita historie ad
posterios pertinent, non quēd historiae
respi

Myſteria gra-
riae aut irae
Dei

respiciant ad hominis ipsius personā,
sed ad ipsius aut pietatē aut impietatē.

Accommodaturus historias, rectē
oportet inter se cōferat istius seculi mo-
res cum huius seculi moribus. Omnia
quæ nouum aut uetus testamentū ha-
bet, ad nos posteros pertinent quoq̃.
Omnia siquidem scripta sunt ad no-
stram doctrinam & consolationem.

Adhæc historiæ sunt prophetiæ lo-
co, cū sint hypotyposes & zographiæ
piorū & impiorū: sunt quoq̃ prophe-
tarum ueteris testamēti sigilla. Qui ad
hunc modum accommodauerit histo-
rias, docebit feliciter.

DE DICENDI GENERIBVS.

Omnis erudita cōcio siue ad doctri-
nam fidei, siue ad formandos mores
pertineat, siue historica sit, potest cogi
in suum rhetoricum genus.

Genera aut quibus formet̃ quęcūq̃
sacra concio, sunt tria, Didacticū, De-
monstratiuum, & deliberatiuum.

Docturus itaq̃ aliquid, exactē oratio-
nem

Tria oratio-
num genera

Didacticū

Demonstratiuum

Deliberatiuum

nem iuxta didactici generis organa instituat.

Historicè traditurus aut commendaturus aliquid, sequatur genus demonstratiuum.

Formaturus mores suadendo aut dissuadendo, locis generis deliberatiui utatur: quo autè pacto fieri oporteat, docebit quoque genus suo loco.

DE DIDACTICO GENERE.

Artificium
docendæ

Concionaturus præuideat cuius generis oratio sit futura, deinde ad eam eius generis artificium exigat. Si docturus est, sequatur filium generis didactici. Primum tamen de quo dicturus sit, colliget certum thema, ut certè habeat quod dicat, ne rudes animos uariè rerum mole obruat, & confarcinata oratione operam ludat, & frustra laboret.

Themata duplicia.

Orationis
partes.

Huius generis duplicia sunt themata, simplicia & composita. Cuiusque didactici generis thematis oratio, ne auditores magnitudine rei & uerborum multitudine onerentur, tribus locis uelut

utelut suis septis claudenda est:

Exordio,

Narratione,

Peroratione,

Qua scilicet summam præcipua narra-
rata repetuntur.

DE EXORDIO.

Committo cuiusque industriæ exor-
dia, maxime omnium petenda ab ob-
servatis circumstantiis, à temporis, à lo-
ci opportunitate, à moribus auditorum,
ab affectu incidentium causarum. Quisque
hic intendat proprias ingenii vires.
Exordia namque certis regulis præscri-
bi nequeunt.

Prima in exordiis esse debet cura cõ-
cionatori, ut doctrinæ suæ fidem faciat.
Id cõmodè fiet, si piè, si pro gloria Dei
& omnium salute, nullo carnali affectu,
vel quorundam odii vel amoris, se lo-
qui testetur in conspectu Dei.

Exordio adnectet insinuationem,
qua, si quid acerbius aut lenius dicen-
dum foret, excuset. Et hoc miris modis

I con.

confert ad faciendam doctrinae fidem.

DE NARRATIONE.

Narratio nihil aliud est, nisi rei expositio, qua thema propositum, siue simplex, siue complexum, iuxta certa organa clarè & ordine explicatur.

ORGANA GENERIS DIDACTICI.

Iuxta praescriptos hosce locos sunt omnia themata ordine exigenda. Et illi factis admonebunt, quod et quomodo dicendum sit, nimirum propter inuentionem excogitatis à priscis rhetoribus.

Ordo rhetoricus.

Vnde, finitio, causa, partes, officia, comparatio partium, similia, affinia, contraria,

FIDES SIT THEMA, EXEMPLI GRATIA.

Exemplum simplicis thematis.

Vnde: Ex auditu uerbi dei, Rom. 10. Finitio, est animi fiducia, qua assentimur uerbo Dei.

Causa, quod ex sola fide uoluit imputare iustitiam.

Partes, est historica et iustificans fides.

Officia, quod inserit nos Christo.

Comparatio partium, Historica & iustificans

can

cātem cōpara. Similia et affinia, Quòd
per Christum dat nobis gratiā & Dei
donum.

Contraria, incredulitas.

ALIVD EXEMPLVM DE MATRIMONIO.

Vnde: A Deo, quia ipse constituit
in paradiso.

Quid: Mutuus consensus, quo alter
alteri se dedat, omnia, siue bona, siue
mala toleraturus.

Causa, Ne periret posteritas.

Partes hīc non habent locum, quia
unicum est matrimonium.

Officia, Procreare prolē, piē educare.

Comparatio partium, Idem ardor li-
bidinis, tam clericis quā laicis, ergo
ducenda est uxor.

Similia & affinia, Fœdera in rebus
humanis seruantur, ergo dominus uo-
luit matrimonium inuiolabile.

Contraria, Scortatio.

Hi autē loci non humano cōfingen-
di sunt ingenio, sed petendi ex apertis
scripturę locis. Hoc em̄ differt oratio de

l 2 rebus

rebus sacris & prophanis. Prophana formari potest sagaci industria. Sacra autē sacris scripturis fingenda est, etiā contra humani ingenij acumen: ob id conuenit egregiē uersatum esse in sacris, qui rhetorico ordine declaraturus sit. Et ad hæc in parato habeat communes locos, unde uelut à penuario petat de quocunq; themate dicendi materiā.

Complexum thema, quod semper probatur aut improbatur, uersatur iisdem in locis in quibus simplex, partibus thematis diligenter iuxta præscripta organa inter se collatis. Et hac ratione omnia euincuntur ita planē uera aut falsa esse quæ dicunt, ut uel contrā nemo mutire possit. Sed hoc genus, sicut & alia genera, diligenter meditationem poscit. Loci siquidem singuli præter scripturas, exemplis illustrandi alijsq; elocutionum figuris augendi sunt, ut omnia auditoribus hoc modo fiant quamplurimissima.

De

Perorationi accommodamus narrationem, ad institutum repetitis præcipuis argumentis, idèq; suis accommodatis affectibus petitis ab honesto, inhonesto, utili, inutili, facili, difficili, & necessario. Hoc modo inferenda erit doctrina, ut penitus agat in animis uel corde radices.

Tropos, schemata exaggerandæ rei, & amplificandæ orationis, commendo priuatæ diligentia cuiusq;.

GENVS DEMONSTRATIVVM.

Quoties concio incidit laudandi aut uituperandi aliquid, usus est huius generis. Quæ autem laudantur aut uituperantur, sunt aut personæ, aut res, aut factum.

Triplex genus demonstrativum.

Qui igitur in hoc genere dicturus est, oportet certum thema suæ orationis statuat, & proponat in animo fixum scopum, in quem dirigat totum sermonem iuxta historiae usum supra dictum, ut accommodet aut ad seueritatem aut

1 3 boni

bonitatem Dei, ut sit hypotyposis pi-
rum aut impiorum.

Thematum
discrimen.

Huius aut generis sunt duplicia the-
mata, Cōplexa & Simplicia. Personæ
& Res, sunt simplicium thematum: Fa-
cta sunt compositi thematis.

Loci exem-
pli uice.

Persona, uiua creatura,
ut Petrus, Paulus.

Factū, ut abrogare mis-
sas, destruere statuas.

Res, ut erigere scholas,
domos pauperum.

LOCI PERSONARVM.

De laude uel
uituperio per
sonas

Oratio de personæ laudibus uel ui-
tuperio, uersatur in tribus locis, Exor-
dio, Narratione, & Peroratione.

Ipsa nanq; narratio nihil aliud est, ni-
si historica facti & totius uitæ recensio,
idēq; iuxta sequentia dicendi organa.
Natalis, educatio, pueritia, adolescen-
tia, iuuentus, senectus, mors, & quæ
mortem sunt consecuta.

Sit nobis exempli uice Christus.

Natales Christi, parētes fuerūt igno-
biles,

biles, ignoti, infimæ sortis.

EDUCATIO.

Maria educauit Christum, ut matres
cæteræ filios suos.

PVERITIA.

Ignobilis delituit domi Christus, ob-
sequebatur patri & matri, tandem con-
tulit cum doctoribus.

ADOLESCENTIA.

Conuersatus est ut simplex homo,
quò consolemur, ne desperemus.

IUVVENTA.

Huc uocandi sunt loci miraculorum
Christi, quomodo sanauit claudos, re-
stituitq; cæcis uisum.

SENECTA.

Non habet hîc locum, quia immatu-
ra morte sublatus est, & hoc nō fuit si-
gnum irati Dei.

MORS.

Huc adducēdi sunt omnes loci euā-
gelistarum de morte Christi.

PERORATIO.

Christus ignobilis est in mūdo: quare
tu desperas quātūuis infimæ sortis: ipse

l 4 pro

pro te mortuus est, crede firmiter tua causa esse factum.

In singulis ijs organis, Dei bonitas & seueritas est consideranda diligenter, idēq; ex internis & externis commodis & incommodis.

Hæc docendī ratio mirē facit ad cōfirmandos fluctuantes animos & ad alendā fidem. Nulla enim res tam præsentem adfert consolationem afflictæ conscientiaē, & tam firmū roboramentum nutanti fidei, quā res simillimæ ex sacris historijs.

DE LAVDE VEL VITVPE

rio facti.

2
Demonstratio factorum.

Hæc generis demonstratiui pars semper habet compositum thema, & illud petetur ex narratione facti. Eius multus est hodie in ecclesia usus, cū abrogentur & nouentur multa, quorū reddenda est ratio, cū in ecclesia nobis commissa, tum omnibus alijs, idēq; scripto. Ideo non solū formandis cōcionibus hæc seruient, sed stylo quoq;.

Laudan

LAVDANDI VEL VITVPERANDI
facti organa.

Exordium, Narratio, Propositio,
Confirmatio, Peroratio.

Narratio, est historica facti commem-
moratio: ex hoc petitur propositio seu
thema, de quo futurus sit sermo.

Propositio ex narratione collecta,
uelut certum concionis thema, confir-
mationum locis uel probatur aut im-
probatur.

Loci Confirmationis sunt, Hone-
stum, inhonestum, Vtile, inutile, Faci-
le, difficile, Necessariū, non necessariū.

Honestum, inhonestū, petitur à na-
tura rei ex communibus uirtutum &
uitiorū locis. A iure, ab institutoribus,
à uetustate. Cæterorum locorum argu-
menta sumuntur à circumstantijs.

DE LAVDE VEL VITVPERIO REI.

Hæc tertia generis Demonstratiui
pars, semper est simplicium thematū.
Eius toties est usus, quoties aliquid,
quod rei uocabulo conuenit, quod cō-

3
Demonstratio
rerum.

l s ciona

cionator ecclesie commendatum uelit,
aut contra.

In hoc simplici themate tantū, ut cer-
tam summam comprehendat oportet
eorum que aut commēdaturus, aut ui-
tuperaturus coram ecclesia.

LAUDANDAE VEL VITUPERAN-
de rei organa.

Exordium, propositio, confirmatio,
peroratio.

Hęc generis demōstratiui sedes non
habet narrationē sed summā, qua sum-
matim proponit quod suis cōmenda-
turus aut dānaturus sit, et hāc summā
rhetores Propositionem uocāt. In hac
propositione sunt paucis colligenda o-
mnia, que dictu uidebunt necessaria,
quia cōfirmationis loci nō exten dūt se
ultra propositiōis uerba. Quōigit abso-
lutior est propositio, hoc plenior et cla-
rior fit oratio per confirmationis locos.
Cōfirmationis loci paulò ante patent.

GENVS DELIBERATIVVM.

Hortatoriæ aut dehortatorię, & ob-
iurga

iurgatoriæ cōciones ad hoc pertinēt genus, eiusq; themata semper sunt cōposita. In hoc differt à tertia specie generis demonstratiui, quæ rei uocabulo censetur, quod illud in docendo, hoc magis in suadēdo & dissuadēdo cōsistat.

Themata huius generis sunt dubia, sicut nihil certi eorum neq; approbat, neq; damnatur, de quibus cōsilia cōferuntur. Themata fermē ex his nascuntur locis, an sit, quale sit, & alijs circumstantijs, ubi, quando, apud quos, quorum consilio. Ex hoc dubio themate qui docturus, statuatur certam propositionem, quid adhortaturus est aut dehortaturus, et ad hanc omnia cōfirmationis argumenta referantur.

CONCIONIS DELIBERATIVI
generis organa.

Exordium, narratio, propositio, confirmatio, peroratio. Narrationes in hoc genere sunt raræ, quod si tamē incidierint, sunt perquam breues.

LOCI CONFIRMATIONIS.

Honestum, inhonestum, &c.

CON.

CONCLUSIO.

Hæc formandarum sacrarum cōcionum indigitamenta præscribere duximus opere precium. Quisq; conetur diligenter suos sermones ad hæc instituire, quemadmodum multis & in singulis generibus me præmōstratore didicit.

GENVS IUDICIALE.

Genere Iudiciali utimur in litibus et controuersijs. Non est huius in sacris concionibus creber usus. Commodè tamen eo utimur in cōcionibus de lege & euangelio, ubi per legem damnamus hominem, euangelio autem restituumus in gratiam. Item in controuersijs & disputationibus, de libero arbitrio, de Purgatorio, de Sacramento eucharistiæ, de Anabaptismate. Exempla sunt, ubi Christus contendit cum Scribis & Phariseis passim apud Euangelistas.

FINIS.



BREVIS DISCEN
DAE THEOLOGIAE
ratio, autore PHILIPPO ME
 LANCHTHONE.



N L L V D. initio præ-
 standum est, ut textū
 bibliorum familiarē
 habeas. Qua in re
 meum cōsiliū est,
 ut manē postquam
 surrexisti, & uesperī cūm cubitum ire
 uoles, legas tanquā orandī causa, unū
 atq; alterum caput. Ita tota biblia ordi-
 ne legenda, & si quis occurrit obscu-
 rus locus, querendus est interpretes.

Et simul obiter sunt excerpenda præ-
 cipuæ sententiæ, quæ sunt in locos cō-
 munes

(630ab.3a)
Berlin 1579
digerenda

munes dirigendæ, qui contineant sum-
mam doctrinæ Christianæ. Nomencla-
turam talium locorum alicubi edidi, &
sumi possunt ex meis locis.

enim

Præterea dāda opera est, ut informes
tibi methodum aliquā, in qua sit sum-
ma doctrinæ Christianæ. Et ad hāc ac-
commodanda est epistola Pauli ad Ro-
manos. Hęc em̄ propemodū est metho-
dus totius scripturæ, quia disputat de
iustificatione, de usu legis, de discrimi-
ne legis & euangelij, qui sunt præcipui
loci doctrinæ Christianæ. Quamq̃ &
Christus tradit methodū his uerbis, cū
iubet prædicare pœnitentiā et remissio-
nem peccatorū. Hic enim pœnitentiā
seu timorē, seu contritionē & fidē com-
plectit, quæ credit remitti peccata.

Sumas igit̄ tibi certā aliquam horā,
aut si libet duas, ad legendam epistolā
ad Rom. Hic diligenter expendendæ
sunt omnes sententiæ, & consideran-
dum quid in utranq̃ partē dici possit.
Et querenda certa Pauli sentētia, obser-
uanda

uanda series argumentorū & proposi-
tionum. Hac lecta, postea accipiēda est
in manus epistola ad Galat. cū cōmen-
tario, qui & ipse ueluti methodus est.
Post hanc & Colossenses legendi cum
commentario meo, in quo etiam uo-
lui complecti præcipuos locos. Iube-
rem & meos communes locos legere,
sed multa sunt in illis adhuc rudiora,
quæ decreui mutare. Facile tamē intelli-
gi potest, qd mihi ibi displiceat ex meis
Colossensib. ubi locos aliquot mitiga-
ui. His diligēter lectis, habebis quasi
summā doctrinæ christianæ. Facile igitur
intelligi iam cæteræ epistolæ Pauli
poterūt, quia subinde idem docet.

Deinde legendū euangeliū Matthæi
aut Lucae. Atq; hīc uidendum quomo-
do accommodanda sint omnia, & in
locos illos communes includenda, ubi
Christus loquatur de pœnitentia seu
timore, ubi de fide, ubi de oratione;
ubi de charitate, ubi de rebus externis
seu civilibus, de magistratibus, ubi de
tradi

*Ed. Berlin.
docent.*

traditionibus humanis, ubi de sacramentis, ubi discernat legem ab euangelio, euangelium à politica prudentia, ubi de cruce loquatur, ubi commendet ministerium uerbi, ubi ecclesiã describat.

Postea legendum euangelium Ioan. quod magna ex parte continet conciones Christi de fide & iustificatione.

Instruendus est & libellus articulorũ fidei, de Trinitate, de Creatione, de duabus Christi naturis, de peccato originali, de libero arbitrio, de iustitia, de ecclesia, de clauibus. Hic libellus penè similis erit locis communibus. Sed tantum breuiter debet tenere sententias, quæ probent articulos seu dogmata, sicut ego institui Enchiridion, cuius exemplum ab ijs qui audiuerunt, petere potes.

Postquam sic præparatus es in nouo testamento, cognoscendum est & uetus. Et accipiendus in manus unus aliquis liber, qui diligenter legatur.

Vel.

*Ed. Berlin.
de iusticia
fidei,*

Vellem initio legi Genesin cū enarratione, postea Deuteronomion cum enarratione, deinde Psalterium. Et in ijs diligenter uidendum est, quomodo & hæc quadrent ad locos illos communes, qui summam doctrinæ Christianæ continent. Nam in ijs libris, eadem est de fide, de timore, de cruce doctrina, quæ est in euangelio. Nec tantum excerpendæ sententiæ de moribus, sed maius quiddam requirendū est, uidelicet doctrina de priori tabula, de timore Dei, de fide seu fiducia, & iustitia erga Deum. Quærendę promissiones & comminationes.

Hæc tum demū intelligi poterūt, cū aliquis in uita usus accedit, cū tentatio exercebit animū, & orare coget. Neq; unquā tamē defunt orādi occasiones.

Ac diligenter in Psalterio discernendi sunt Psalmi. Alij continent prophetias, alij sunt deprecationes tantum, alij continent præcepta, alij continent pro-

m uer

uertet, uel mediocriter peritus literarū
cōmuniū, & sciet quomodo reponēdi
sint in locos cōmunes, de quibus suprā
dixi. Post Psalteriū legēdi sunt pro-
phete cū enarrationibus, ut Ionas, Za-
charias &c. Hic uidebis quomodo au-
tor illarū totā rem ad cōmunes illos lo-
cos transferat, de quibus suprā dixi.

Proderit etiā conferre alios interpre-
tes, ut uideas quā inēpti sint illi, qui
nō norūt rem ad illos locos de fide &c.
reuocare. Deinde lecturus reliquos
Prophetas nō difficulter intelliget eos.
Sciet enim eos partim arguere peccata,
seu legem docere, partim uaticinari de
Christo seu Euangeliū tradere & con-
solari conscientias.

Referet tamē omnia aut ad doctrinā
de pœnitentia, aut de fide seu fiducia
erga Deū, aut de cruce, aut de alijs locis
cognatis. Non nihil tamen adiuuabi-
tur in ijs etiam à diuo Hieronymo, nō
nihil à Lyrano, qui satis diligens est in
historia. Et qui sciet omnia ad locos
commu-

S. Berol. Lirano

communes referre, huic nihil opus est
 quærere multos sensus. Hoc potius
 agat, ut certam quandam sententiã cõ-
 stituat, quæ certò conscientiam docere
 possit de uolũtate Dei. Est em̄ ad usum
 & ad tentationes cõparanda cognitio.
 Quare nõ est cõtaminãda illis ridiculis
 allegorijs, qualib. delectat̄ Origenes.

In legendis historijs sacris in primis
 obseruandũ est discrimen legis & euã-
 gelij, & tenenda notitia libertatis Chri-
 stianæ, ne somniemus oportere nos o-
 mnia illorũ opera imitari. Ac diligen-
 ter discernenda fides est ab operibus.
 Fides David, Ezechie, et similium imi-
 tanda est. Opera non possunt esse simi-
 lia, sed sua sunt pro uniuscuiusq; uoca-
 tione. Semper igitur animo intuendi
 sunt principales loci pœnitentia & fi-
 des, seu timor et fides, quos nobis com-
 mēdat Christus, cum iubet prædicare
 pœnitentiam & remissionem peccato-
 rum. Sunt & eligenda exempla politi-
 ca, quæ docent qualia magistratuũ de-
 m a beant

enim

*Ed. Berlin
 principes*

beant esse officia. Non est negligenda temporū supputatio, & cetera quæ Grammatici aut Rhetores iubent obseruare. Interim cū sic uersaris in Biblijs, interdū legēdum est aliquid Augustini: nam is longē præstat alijs ueteribus, præsertim in ijs quæ scripsit cōtra Pelagianos, de Spiritu & Litera. Itē cōtra Iulianū. Inspiciendus aliquando Hieronymus, & aliij, ac obseruandū quid ijs desit, aut in qua parte ualeant. Multa enim continent, quæ prudens lector non aspernabitur tametsi leuiter attigerint doctrinam de iustitia fidei.

Legendi & ueteres Canones, ut sciamus quid decreuerit & cōstituerit Ecclesia. Eligendi sunt, qui cum Euangelio consentient. Multi sunt politici de ordinationibus ecclesiasticorū rituum, qui quibus de causis facti sint, exponēdum est, ut ita accipiantur quemadmodum cæteræ humanæ leges, ne ue tribuatur illis ritibus, quòd mereantur iustitiam coram Deo.

Deniq;

Denique in tota doctrina ecclesiastica diligenter obseruandum est, quæ pars ad spiritualem uitã propriè pertineat, quæ pars doceat de ciuili conseruatione, & de politicis rebus. Sciendũ quid ad euãgelij doctorem pertineat, & doctrina euãgelij procul seiungenda est à politica. Neque tamen improbandæ sunt res politicæ, sed ut aliæ bonæ creaturæ honore adficiendæ. Et quia sæpe accidit, ut defendenda sint dogmata Christiana, præpares te ad id quoque.

Aliquid operæ collocandum est in humanis literis, & exercendus stylus, ut cum opus erit, perspicuè explicare possimus controuersias religionis. Et prodest aliquando sumere aliquã controuersiam, eamque acuendi & exercendi iudicij gratia præscribere. Ac suppetant nobis multa argumenta hæc tempora. Potes Anabaptistas refellere, qui contendunt à facultatibus discedendũ esse, easque in commune cõferri oportere. Item non esse iuramentum præstan-

m 3 dum

ed. Berlin.
ut

dum magistratibus. Item iustitiam nō contingere ex fide, sed ex nostris afflictionibus.

Est etiā & ad perfectē intelligendas scripturas & refutandos hæreticos, cognitione linguarum opus. Multæ em̄ ^{enim} controuersiaē dijudicari possunt, rectē cognita natura sermonis & figurarū.

Nec̄ tamen de natura sermonis, & de figuris iudicare poterit quisquam, nisi legerit eloquentium hominū scripta, Ciceronis, Liuī, Vergiliī, Terentij, Ouidij, Quintiliani. Addendi sunt & Græci, Homerus, Herodotus, Demosthenes, Lucianus.

Adhæc accedat stylus seu exercitiū scribendi, quæ res uel in primis acuit iudiciū. Si quid ex philosophia aut iure uolet Theologus sumere, uiderit ne ineptē commisceat doctrinam spiritualem cum politica, &c.

Cæterum Dialectica perinde opus est, ut Grāmatica & Rhetorica. Nam cum ijs ita coniuncta est, ut diuelli ab
eis

B. Berlin
exercitium

in B. Berlin
deest.

eis non possit. Ego tamen optarim,
Theologos nō negligere philosophiā,
quia nonnulli uituperant alias artes,
cū non norint, qui si nosset, pluris
facerent. Sed hīc magnopere opus est
cauere, ne ineptē confundatur doctri-
na Christiana & philosophia.

Quare scire oportet eorum regiones
& interualla. Idem de Iurisconsultorū
disputationibus iudico, quas
aliquando inspicere
conducat.

FINIS.

BASILEAE, PER BALTHA
SAREM LASIVM, Mense Augusto,
Anno M D XL.



*Her
Herrn
Bodien*

9/4328

ULB Halle


3

003 856 666



m.c.





DE ARTE

CONCIONANDI FORMV

læ ut breues, ita doctæ
& piæ,

IOANNE REVCHLINO Phorcensi,

ANONYMO quodam Rhapsodo,

PHILIPPO MELANCHTHONE,

D. IOANNE HEPINO,

AUTORIBVS.

Eiusdem MELANCHTHONIS di
scendæ Theologiæ rationem,
ad calcem adiecimus,



BASILEAE,
1542

3410

Convadj Lyrosthemis Rubraij:

XVII, 562^a

